misertus autem eorum ih̄s. tetigit oculos eorum;
& confestim uiderunt. & secuti sunt eum;

XXI
m̄t ccvi ii m̄r cxvii lu ccxxxii
ET CUM ADPROPINQUASSET — 21. ta
hierusolymis. & uenissent bethphage ad montem
oliueti. tunc misit duos discipulos. dicens eis;
ite in castellum quod contra uos est. & statim inuenietis asinam alligatam. & pullum cum ea; soluite.
& adducite mihi; & si quis uobis aliquid dixerit.
dicite. quia dn̄s his opus habet. & confestim dimittet eos;

m̄t ccvii vii lo ci
Hoc autem factum est. ut adimpleretur quod dictum
est per prophetam dicentem; Dicite filiae sion;
ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. & sedens super
asinam & pullum filium subiugalis;

m̄t ccviii ii m̄r cxviii lu ccxxxiii
Euntes autem discipuli. fecerunt sicut praecepit
illis ih̄s. & adduxerunt asinam & pullum; & im
po posuerunt super eos uestimenta sua. & eum desuper
sedere fecerunt; plurima autem turba strauerunt
uestimenta sua in uia; alii autem cedebant ramos
de arboribus. & sternebant in uia;

m̄t ccviiii i m̄r cxviiii lu ccxxxiiii lo c.
Turbae autem quae praecedebant & quae seque
bantur. clamabant dicentes; Osanna filio dauid.
benedictus qui (uenturus) in nomine dn̄i; osanna

In altissimis,

mt ccx x Sol. Et cum intrasset hierusolymam. Commota est
uniuersa ciuitas dicens; Quis est hic. populi autem
dicebant, hic est ihs propheta a nazareth galileae;,

mt ccxi I mr cxxi lu ccxxxviii Io xxi. Et intrauit ihs in templum di. & eiciebat omnes uen
dentes. & ementes in templo; & mensas nummula
riorum. & cathedras uendentium columbas euertit;
& dicit eis; scriptum est; domus mea. domus orationis
uocabitur. Uos autem fecistis illam speluncam
latronum;,

mt ccxii x Sol. Et accesserunt ad eum. caeci & claudi in templo.
& sanauit eos;

mt ccxiii v lu ccxxxv Videntes autem principes sacerdotum & scribae mira
bilia quae fecit. & pueros clamantes in templo. & dicentes.
Osanna filio dauid. Indignati sunt. & dixerunt ei;
Audis quid isti dicunt. ihs autem. dicit eis; Utique.,
Numquam legistis. quia ex ore infantium & lactantiū
perfecisti laudem.

mt ccxiiii vi mr cxx Et relictis illis. abiit foras extra ciuitatem in bethaniam;
ibique docebat eos. de regno di; Mane autem reuertens
in ciuitatem. esuriit; & uidens fici arborem unam
secus uiam uenit ad eam. & nihil inuenit in ea.
nisi folia tantum. & ait illi; numquam ex te fructus
nascatur in sempiternum. & arefacta est continuo
ficulnea. & uidentes discipuli. mirati sunt dicentes.

quomodo continuo aruit . 46.

ch ccxv vi m cc xxiiii Respondens autem ihs. ait eis; Amen dico uobis. si ha
buerítis fidem & non haesitaueritis. Non solum
de ficulnea facietis. sed & si monti huic dixeritis.
tolle & iacta te in mare fi&.,

ch ccxvi IIII m ccxxv io cl l c xxviii Et omnia quaecumque petieritis in oratione.
credentes accipietis.

ch ccxvii II m ccxxvii l c ccxl Et cum uenisset in templum. accesserunt ad eum docentē
principes sacerdotum & seniores populi dicentes .,
In qua potestate haec facis. & quis tibi dedit
hanc potestatem ., Respondens ihs. dixit eis .,
Interrogabo uos & ego unum sermonem quem
si dixeritis mihi. & ego uobis dicam. In qua potestate
haec facio; baptismum iohannis unde erat. e caelo.
an ex hominibus; At illi cogitabant inter se
dicentes; si dixerimus e caelo. dic& nobis. quare
ergo non credidistis illi. si autem dixerimus
ex hominibus. timemus turbam. omnes enim
habent iohannem sicut proph&am., & respondentes
ihū dixerunt; Nescimus. Ait illis & ipse; Nec ego
dico uobis. In qua potestate haec facio.

ch ccxviii X Sol Quid autem uobis uid&ur., homo quidam habebat
duos filios. & accedens ad primum dixit; fili uade
hodie operare in uineam mea; ille autem respondens.
ait. nolo; postea autem paenitentia motus.

abiit; accedens autem ad alterum. dixit similiter; At ille respondens. ait; eo dne. & non iuit; quis ex duobus fecit uoluntatem patris. dicunt ei primus; dicit illis ihs; amen dico uobis. quia publicani & meretrices praecedunt uos in regno di; Uenit enim autem ad uos iohannes in uia iustitiae. & non credidistis ei., publicani autem & meretrices. crediderunt ei; Uos autem uidentes. nec paenitentiam habuistis postea ut crederetis ei.,

XXII

ALIAM PARABOLAM AUDITE;

cħ CCXVIIII
m̄r CCXXVIII
lc̄ CCXLI

homo erat pater familias qui plantauit uineam. & sepem circum dedit ei; & fodit in ea torcular. & aedificauit turrem. & locauit eam agricolis. & peregre profectus est.; Cum autem tempus fructuum adpropinquasset. misit seruos suos ad agricolas. ut acciperent fructus eius; & agricolae adpraehensis seruis eius. alium ceciderunt. alium occiderunt. alium uero lapidauerunt.; Iterum misit alios seruos plures prioribus. & fecerunt illis similiter; Nouissime autem. misit ad eos filium suum dicens; Uerebuntur filium meum;, Agricolae autem uidentes filium. dixerunt intra se; hic est heres; uenite occidamus eum. & habebimus hereditatem eius.; Et adprehensum eum eiecerunt extra uineam. & occiderunt;,

Cum ergo uenerit dominus uineae. quid faciet 47
agricolis illis. Aiunt illi, malos male perdet.
Et uineam locauit aliis agricolis. qui reddant ei
fructum temporibus suis; dicit illis ihs; Numquam
legistis in scripturis. lapidem quem reprobauerunt
aedificantes. hic factus est in caput anguli. A dno
factum est istud. Et est mirabile in oculis nostris;
Ideo dico uobis. quia auferetur a uobis regnum di.
Et dabitur genti facienti fructus eius; Et qui ceci
derit super lapidem istum. Confringetur.
super quem uero ceciderit. Conteret eum;
ch ccxx / mr cxxviiii / lu ccxxxviiii / io lxxxv Et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei
parabolas eius. Cognouerunt quod de ipsis diceret;
Et quaerentes eum tenere. Timuerunt turbas.
quo sicut prophetam. eum habebant;
mt ccxxi / lu clxxxi Et respondens ihs. dixit. Iterum in parabolis dicens 22. ca
Simile factum est regnum caelorum homini regi.
qui fecit nuptias filio suo; Et misit seruos suos
uocare inuitatos ad nuptias. Et nolebant uenire,
Iterum misit alios seruos. dicens, dicite inuitatis,
ecce prandium meum paraui. Tauri mei et altilia
occisa et omnia parata. uenite ad nuptias,
illi autem. neglexerunt, et abierunt. Alius in uillam
suam. alius uero ad negotiationem suam, Reliqui
uero tenuerunt seruos eius. et contumelia

adfectos occiderunt; rex autem cum audiss&.
iratus est, & missis exercitibus suis. perdidit homicidas
illos. & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait
seruis suis; Nuptiae quidem paratae sunt. sed qui
inuitati erant non fuerant digni; Ite ergo ad exitus
uiarum. & quoscumque inueneritis. uocate
ad nuptias. & egressi serui eius in uias. congrega
uerunt omnes quos inuenerunt malos & bonos.
& impl&ae sunt nuptiae discumbentium.
M ccxxii Sol. Intrauit autem rex ut uider& discumbentes.
& uidit ibi hominem non uestitum. ueste nuptiali.
& ait illi, amice. quomodo huc intrasti. non habens
uestem nuptialem. At ille. obmutuit.
Tunc dixit rex ministris; ligatis pedibus eius
& manibus. mittite eum in tenebras exteriores.
ibi erit fle&us & stridor dentium. Multi autem
sunt uocati. pauci uero electi;
M ccxxiii Tunc abeuntes pharisaei. consilium inierunt
Mr cxxx ut caperent eum in sermone. & mittunt ei
Lu ccxliii discipulos suos. cum herodianis dicentes;
magister. scimus quia uerax es. & uiam di
in ueritate doces. & non est tibi cura de aliquo.
Non enim respicis personam hominum;
dic ergo nobis. quid tibi uid&ur; lic& censum
dare caesari. an non. Cognita autem ihs

nequitia eorum: ait; quid me temptatis hypocritae. 48
ostendite mihi nomisma census; at illi. obtulerunt ei
denarium; & ait illis ihs; cuius est imago haec
& super scriptio? dicunt ei; caesaris; tunc ait illis
ihs; reddite ergo quae sunt caesaris caesari.
& quae sunt di deo; & audientes mirati sunt.
& relicto eo abierunt.

XXIII In illa die accesserunt ad eum
sadducei. qui dicunt non esse resurrectionem.
& interrogauerunt eum dicentes. Magister
moyses dixit. si quis mortuus fuerit non habens
filium. ut ducat frater eius uxorem illius.
& suscitet semen fratri suo. erant autem apud
nos septem fratres. & primus uxore ducta
defunctus est. & non habens semen. reliquit
uxorem suam fratri suo; similiter secundus
& tertius. usque ad septimum; Nouissime autem
omnium. & mulier defuncta est; In resurrecti
one ergo cuius erit de septem uxor? Omnes
enim habuerunt eam. respondens autem ihs
ait illis. erratis nescientes scripturas. Neque
uirtutem di. In resurrectione enim. Neque
nubent. neque nubentur. sed sunt sicut angeli
di in caelo. de resurrectione enim mortuorum
non legistis quod dictum est a do dicente uobis.

ego sum d̄s habraham & d̄s isaac. & d̄s iacob.,
Non est d̄s mortuorum. sed uiuentium., & audientes
turbae. mirabantur in doctrina eius.

Mt ccxxiiii vi Mr cxxxi
Pharisaei autem audientes quod silentium inposu
isset sadduceis conuenerunt in unum. & interro
gauit eum unus ex eis legis doctor temptans eum;
magister. quod est mandatum magnum in lege.
Ait illi ih̄s; diliges dn̄m d̄m tuum ex toto corde
tuo. & in tota anima tua. & in tota mente tua.
hoc est maximum. & primum mandatum.,
secundum autem. simile est huic., diliges proxi
mum tuum. sicut teipsum., in his duobus mandatis.
uniuersa lex pendet & prophetae;.

Mt ccxxv ii Mr cxxxiiii Lu ccxlv
Congregatis autem pharisaeis. interrogauit eos
ih̄s dicens; quid uobis uidetur de xp̄o cuius filius est
dicunt ei; dauid; ait illis; quomodo ergo dauid
in sp̄u uocat eum dn̄m dicens. dixit dn̄s dn̄o meo.
sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos.
scabellum pedum tuorum.

Mt ccxxvi ii Mr cxxxiii Lu ccxliii
Si ergo dauid uocat eum dn̄m. quomodo filius eius est.
& nemo poterat respondere ei uerbum. neque
ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius
interrogare;.

23. ca. Mt ccxxvii x Sol.
Tunc ih̄s locutus est ad turbas. & ad discipulos suos.
dicens; super cathedram moysi. sederunt scribae

& pharisaei; Omnia ergo quaecumque dixerint uob- 49
seruate & facite; secundũ opera uero eorum. Nolite
facere; dicunt enim. & non faciunt;
m cc viii v · luc xxx viiii · xx — Alligant autẽ honera grauia & inportabilia. & inponunt
In umeros hominũ. digito autẽ suo. nolunt ea mouere.,
m cc xxviiii ii · m c xxxv · luc cc xl vi · & c xxx vii — Omnia uero opera sua faciunt. Ut uideantur ab homi
nibus; dilatant enim philacteria sua. & magnificant
fimbrias; amant autẽ primos recubitos in caenis.
& primos cathedras In synagogis. & salutationes
In foro. & uocari ab hominibus rabbi;
m cc xxx x · Sol. — Uos autẽ nolite uocari rabbi; Unus est enĩ magister uester.;
Om̃s autem uos fratres estis; & patrem. Nolite uocare
uobis super terram. Unus est enĩ pater uester qui In celis est;
Nec uocemini magistri. quia magister ur̃ unus est xp̃s.;
m cc xxxi v · luc lxx viiii — Qui maior est urm̃. erit uester minister.; Qui autẽ se exalta
uerit. humiliabitur.; & qui se humiliauerit. exaltabitur;
XXIIII · m cc xxxii v · lu c xl ii — UAE AUTEM UOBIS SCRIBAE ET PHARISAEI
hypocritae. quia clauditis regnum caelorum. ante
homines. Uos enim non Intratis. Nec Intro euntes
sinitis Intrare.,
m cc xxxiii x · Sol — Uae autẽ uobis scribae & pharisaei hypocritae. quia circum
itis mare & aridam. Ut faciatis proselitũ unum. Ut cum
fuerit factus. facitis eum filium gehennae duplo quã uos.,
Uae uobis duces caeci. qui dicitis quicumque iurauerit
per templum nihil est. Qui autem iurauerit

de In auro templi deb& stulti & caeci. quid enim
maius est aurum. an templum. quod significat (scificat)
aurum. & quicumque iurauerit in altare nihil est
quicumque autem iurauerit in dono quod est
super illud. deb&. caeci quid enim maius est donū.
an altare. quod scificat donum. qui ergo iurat
in altari. iurat in eo & in omnibus quae super illud
sunt. & quicumque iurauerit in templo. iurat in illo.
& in eo qui habitat in ipso. & qui iurat in caelo. iurat
in throno dī. & in eo qui sed& super eum.

dī ccxxxiiii V Luc xxxvi Vae autē uobis scribae & pharisaei hypocritae. quia
decimatis mentam & anetum. & cyminum & reli
quistis quae grauiora sunt legis. iudicium & miseri
cordiam & fidem. haec oportuit facere. & illa nō omittere.

dī ccxxxv X Sol Duces caeci. excolantes culicem. camelum autem
glutientes.

dī ccxxxvi V Luc xxxv Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae quia mun
datis quod de foris est calicis & per absidis. intus
autem pleni sunt rapina & inmunditia.
pharisaee caece munda prius quod intus est
calicis & per absidis. ut fiat & id quod de foris
est mundum.

dī ccxxxvii V Luc xxxviii Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae. qui
similes estis sepulchris dealbatis. quae a foris
parent hominibus speciosa intus uero

plena sunt ossibus mortuorum · & omni spurcitia · 50
sic & uos a foris quidem paretis hominibus iusti ·
intus autem pleni estis hypocrisi · & iniquitate .,
dccxxxvii / xlv / luc xxxviii Vae uobis scribae & pharisaei hypocritae · qui aedificatis
sepulchra prophetarum · & ornatis monumenta
iustorum · & dicitis, si fuissemus in diebus patrum
nostrorum · non essemus socii eorum in sanguine
prophetarum, itaque testimonio estis · uobis
met ipsis · quia filii estis eorum qui prophetas
occiderunt .,
dccxxxviiii / x / sol E t uos implete mensuram patrum uestrorum ·
serpentes genimina uiperarum, quomodo fugietis
a iudicio gehennae .,
dccxl / v / luc xli Ideo ecce ego mitto ad uos · prophetas & sapientes
& scribas · & ex illis occidetis · & crucifigetis · & ex eis
flagellabitis in sinagogis uestris, & persequimini
de ciuitate in ciuitatem ., ut ueniat super uos omnis
sanguis iustus · qui effusus est super terram .,
A sanguine abel iusti · usque ad sanguinem zachariae
filii barachiae · quem occidistis inter templum
& altare ., Amen dico uobis · uenient haec omnia
super generationem istam ·
XXV / dccxli / luc clxxv HIERUSALEM HIERUSALEM QUAE OCCIDIS
prophetas · & lapidas eos qui ad te missi sunt .,
quotiens uolui congregare filios tuos · quemammodum

gallina congregat pullos suos sub alas. & noluisti.
ecce relinquetur uobis. domus ura deserta. dico enim
uobis. Non me uidebitis amodo, donec dicatis.
benedictus qui uenit in nomine dni.

ch ccxlii / ii / mt cxxxvii / lu ccxxxiii / & ccxliiii

Et egressus ihs de templo ibat. & accesserunt discipuli
eius ut ostenderent ei aedificationem templi.
ipse autem respondens dixit illis, uidetis haec omnia.
Amen dico uobis. Non relinquetur hic lapis
super lapidem. qui non destruatur.

ch ccxliii / ii / mt cxxxviii / lu ccxlviii

Sedente autem eo super montem oliueti. accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes; dic nobis quando
haec erunt. & quod signum aduentus tui.
& consummationis saeculi; & respondens ihs.
dixit eis; uidete ne quis uos seducat. multi enim
uenient in nomine meo dicentes. ego sum xps.
& multos seducent. Audituri autem estis.
proelia. & opiniones proeliorum. uidete ne tur
bemini; Oportet enim haec fieri. sed nondum est
finis; Consurget enim gens in gentem. & regnum
in regnum. & erunt pestilentiae & fames.
& terrae motus per loca; haec autem omnia.
initia sunt dolorum;

ch ccxliiii / i / mt cxxxviiii / lu ccl / io cxli / & cxlvi

Tunc tradent uos in tribulationem. & occident uos.
& eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum;

ch ccxlv / v / sol

Et tunc scandalizabuntur multi. & inuicem tradent

&odio habebunt inuicem; & multi pseudoproph&e 51.
surgent. & seducent multos; & quo abundauit
iniquitas refrigescet caritas multorum; qui autem
perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit;
Mt ccxlvi VI Mr cxl Et praedicabitur hoc euangelium regni in uniuerso
orbe in testimonium omnibus gentibus.
& tunc ueniet consummatio.
Mt ccxlvii VI Mr cxli Cum ergo uideritis abominationem desolationis
quae dicta est a danihelo proph&a stantem in loco
sco. qui legit intellegat.
Mt ccxlviii II Mr cxliii Lc ccviiii Xcclii. Tunc qui in iudaea sunt fugiant ad montes & qui in tecto
non descendat tollere aliquid de domo sua.
& qui in agro. non reuertatur tollere tunicam suam.
Mt ccxlviiii II Mr cxliiii Lc ccliii Vae autem praegnantibus & nutrientibus
in illis diebus.
Mt ccl VI Mr cxlv Orate autem. ut non fiat fuga uestra. hieme uel sabbato.
Mt ccli II Mr cxlvi Lc cclv Erit enim tunc tribulatio magna. qualis non fuit
ab initio mundi usque modo neque fi&.
Mt cclii VI Mr cxlvii Et nisi breuiati fuissent dies illi. non fier& salua
omnis caro. sed propter electos breuiabuntur dies illi.
Mt ccliii II Mr cxlviii Lc ccciii Tunc si quis uobis dixerit. ecce hic xps
aut illic nolite credere.
Mt ccliiii VI Mr cxlviiii Surgent enim pseudo xpi. & pseudoproph&e.
& dabunt signa magna & prodigia. ita ut in errorem
inducantur; si fieri potest. & iam electi. ecce praedixi uobis.

cc lv / luc cc ii — Si ergo dixerint uobis. ecce indeserto est. Nolite exire
ecce inpenetrabilibus. Nolite credere.,

cc lvi / luc ccv — Sicut enim fulgor exit aboriente & paret usque
inoccidentem. ita erit & aduentus filii hominis.,

cc lvii / luc ccx iii — Ubicumque fuerit corpus. illuc congregabuntur aquilae.,

cc lviii / mc cl / luc cc lvii — Statim autem post tribulationem dierum illorum.
sol obscurabitur. & luna non dabit lumen suum.
& stelle cadent decaelo & uirtutes caelorum
commouebuntur. & tunc parebit signum filii
hominis in caelo.,

cc lviiii / mc cli / luc cc lviii — Et tunc plangent omnes tribus terrae. & uidebunt
filium hominis uenientem innubibus caeli
cum uirtute multa & maiestate. & mittet angelos
suos cum tuba & uoce magna. & congregabunt
electos eius aquattuor uentis asummis caelorum
usque adterminos eorum; Abarbore autem fici.
discite parabolam; cum iam ramus eius tener
fuerit & folia nata. scitis quia prope est aestas.
Ita & uos cum uideritis haec omnia. scitote quia
prope est in ianuis; Amen dico uobis quia non pre
teribit haec generatio donec omnia haec fiant.,
Caelum & terra transibunt. uerba uero mea
non preteribunt.

cc lx / mc clii — De die autem illa & hora nemo scit. Neque angeli
caelorum. Nisi pater solus.,

mt cclxi v lc ccvii Sicut autem indiebus noe. ita erit et aduentus 52.
filii hominis., sicut enim erant indiebus ante
diluuium. Comedentes et bibentes. nubentes
et nuptum tradentes. usque adeum diem quo intro
iuit inarcam noe. et non cognouerunt donec
uenit diluuium et tulit omnes. ita erit
et aduentus filii hominis.,
mt cclxii v lc ccxii Tunc duo erunt inagro. unus adsumetur. et unus
relinquetur., duae molentes inmola. una assu
metur. et una relinquetur.; duo inlecto. unus
adsumetur. et alter relinquetur.,
mt cclxiii vi mr clii Vigilate . . quia nescitis qua hora dns uester
uenturus sit.;
mt cclxiiii ii mr clv lc clvi Illud autem scitote. quo si sciret pater familias.
qua hora fur uenturus esset. uigilaret utique
ut non sineret perfodiri domum suam.; ideo
et uos estote parati. quia qua nescitis hora.
filius hominis uenturus est.;
mt cclxv v lc clvii Quis putas est fidelis seruus et prudens. quem
constituit dominus suus supra familiam suam.
ut det illis cibum intempore.;
mt cclxvi v lc clv et clvii Beatus ille seruus. quem cum uenerit dominus
eius inuenerit sic facientem.; Amen dico uobis.
quoniam super omnia bona sua constituet eum.;
mt cclxvii v lc clviii Si autem dixerit malus seruus ille incorde suo.

moram facit dominus meus uenire. & ceperit
percutere conseruos suos. manduc& autem
& bibat cum ebriis; Ueni& dominus serui illius
In die qua non sperat & hora qua ignorat
& diuid& eum. partemque eius pon& cum hypocritis.
illic erit fl&us & stridor dentium.

CCLXVIII Sol.

Tunc simile erit regnum caelorum decem uirginibus
quae accipientes lampades suas. exierunt obuiam
sponso & sponsae; quinque aut exeis erant fatuae.
& quinque prudentes; sed quinque fatuae acceptis
lampadibus. non sumpserunt oleum secum;
prudentes uero. acceperunt oleum In uasis suis
cum lampadibus; Moram autem faciente sponso.
dormitauerunt omnes & dormierunt;
Media autem nocte clamor factus est. ecce sponsus
uenit exite obuiam ei; Tunc surrexerunt omnes
uirgines illae. & ornauerunt lampades suas;
fatuae autem sapientibus dixerunt; date nobis
de oleo uestro. quia lampades nrae extinguuntur;
Responderunt prudentes. dicentes; ne forte non
sufficiat nobis & uobis. Ite potius ad uendentes
& emite uobis; Dum autem irent emere. uenit
sponsus. & quae paratae erant intrauerunt cum eo
ad nuptias. & clausa est ianua; nouissime autem
ueniunt reliquae uirgines dicentes; dne. dne.

aperi nobis; at ille respondens ait; amen dico 53
uobis nescio uos; uigilate itaque. quia nescitis
diem neque horam;

mt cclxviiii II mr̄ cliiii lū ccxxviii. Sicut enim homo quidam peregre proficiscens.
uocauit seruos suos. & tradidit illis bona sua;

mt cclxx V lū ccxxviiii Et uni dedit quinque talenta.
alii autem duo. alii uero unum; unicuique secundum
propriam uistutem. & profectus est statim; abiit autem
qui quinque talenta acceperat. & operatus est in eis.
& lucratus est alia quinque; similiter qui duo
acceperat. lucratus est alia duo; qui autem unum
acceperat abiens fodit in terra. & abscondit pecuniā
domini sui; post multum uero temporis. uenit
dominus seruorum illorum. & posuit rationem cum eis;
& accedens qui quinque talenta acceperat. obtulit
alia quinque talenta dicens; dn̄e. quinque talenta
mihi tradidisti. ecce alia quinque super lucratus sum;
ait illi dominus eius; euge bone serue & fidelis; quia
super pauca fuisti fidelis. super multa te constituam.
intra in gaudium domini tui; accessit autem
& qui duo talenta acceperat. & ait; dn̄e. duo
talenta mihi tradidisti. ecce alia duo lucratus sum;
ait illi dominus eius; euge bone serue & fidelis;
quia super pauca finsti fidelis. super multa te consti
tuam. intra in gaudium domini tui.

Accedens autem & qui unum talentum acceperat
ait. dn̄e. scio quia homo durus es. metis ubi non semi
nasti. & congregas ubi non sparsisti. & timens
abii & abscondi talentum tuum in terra. ecce habes
quod tuum est; respondens autem dominus eius.
dixit ei. serue male & piger. sciebas quia meto ubi
non semino. & congrego ubi non sparsi; Oportuit
ergo te mittere pecuniam meam nummulariis.
& ego ueniens recepissem utique quod meum est
cum usura; Tollite itaque ab eo talentum. & date ei
qui habet decem talenta.

ch cclxxi
mr xlii
lu cc xxx
Omni enim habenti dabitur & habundabit. ei autem
qui non habet. & quod uidetur habere auferetur ab eo,

ch cclxxii
lu cc xxi
Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores.
illic erit fletus & stridor dentium.

ch cclxxiii
Sol
Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua.
& omnes angeli cum eo. Tunc sedebit super sedem
maiestatis suae; & congregabuntur ante eum omnes
gentes; & separabit eos ab inuicem. sicut pastor segregat
oues ab hedis; & statuit oues quidem a dextris suis.
haedos autem a sinistris; Tunc dicit rex his qui
a dextris eius erunt; Uenite benedicti patris mei.
possidete paratum uobis regnum a constitutione
mundi; Esuriui enim. & dedistis mihi manducare.
sitiui. & dedistis mihi bibere; hospes eram;

& collegistis me; nudus. & operuistis me; Infirmus. 54
& uisitastis me; In carcere eram. & uenistis ad me;
Tunc respondebunt ei iusti dicentes; dn̄e. quando te
uidimus esurientem & pauimus. sitientem. & dedimus
tibi potum. Quando autem te uidimus hospitem.
& collegimus te. aut nudum. & cooperuimus te.
Aut quando te uidimus infirmum aut in carcere.
& uenimus ad te. & respondens rex. dicet illis;
Amen dico uobis. quamdiu fecistis uni de his fratribus
meis minimis. mihi fecistis; Tunc dicet et his. qui
a sinistris erunt; discedite a me maledicti in ignem
aeternum. qui paratus est diabalo & angelis eius;
Esuriui enim. & non dedistis mihi manducare;
sitiui. & non dedistis mihi potum; hospes eram.
& non collegistis me; Nudus. & non operuistis me;
Infirmus & in carcere. & non uisitastis me;
Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes; dn̄e. quando te
uidimus esurientem. aut sitientem. aut hospitem
aut nudum. aut infirmum uel in carcere. & non
ministrauimus tibi. Tunc respondebit illis dicens;
Amen dico uobis. quamdiu non fecistis uni de mino
ribus his. nec mihi fecistis; & ibunt hi in suppliciū
aeternum. iusti autem in uitam aeternam;
XXVI ET FACTUM CUM CONSUMMASSET IHS 26·ca
sermones hos omnes.

mt cclxxiiii I mr clvi lc cclx io xx — Dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fi&
& filius hominis tradetur ut crucifigatur.
mt cclxxv VI mr clvii — Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores
populi in atrium principis sacerdotum qui dice
batur caiphas. & consilium fecerunt ut ihm dolo
tenerent. & occiderent. dicebant autem. Non
in die festo. ne forte tumultus fieret in populo.
mt cclxxvi I mr clviii lc lxxiiii io xcviii — Cum autem esset ihs in bethania in domo symonis
leprosi. accessit ad eum mulier habens alabastrum
ungenti pretiosi. & effudit super caput ipsius
recumbentis. Videntes autem discipuli indignati
sunt dicentes. Ut quid perditio haec. potuit
enim istud uenundari multo. & dari pauperibus.
Sciens autem ihs ait illis. quid molesti estis mulieri.
Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes
habetis uobiscum. me autem non semper habetis.
mt cclxxvii IIII mr clviiii io xcviii — Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum.
ad sepeliendum me fecit.
Amen dico uobis. Ubicumque praedicatum fuerit
hoc euangelium in toto mundo. dicetur. & quod
hoc fecit in memoriam eius.
mt cclxxviii II mr clx lc cclxiii — Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas
scarioth ad principes sacerdotum. & ait illis.
Quid uultis mihi dare. & ego uobis eum tradam.
At illi constituerunt ei triginta argenteos.

& exinde quaerebat oportunitatem. ut eum
traderet., Prima autem die azimorum. accesserunt
discipuli ad ihm dicentes., Ubi uis paremus tibi
comedere pascha. At ihs. dixit., Ite in ciuitatem
ad quendam. & dicite ei., magister dicit; tempus
meum prope est. apud te facio pascha cum discipulis
meis., & fecerunt discipuli. sicut constituit illis ihs.
et parauerunt pascha., Uespere autem facto.
discumbebat cum duodecim discipulis suis.,

Mt cclxxviii IIII Mr clxi Io cxxi L lxxii — Et edentibus illis. dixit., Amen dico uobis.
quia unus uestrum me traditurus est.,

Mt cclxxx I Mr clvii L cclxviii Io cxxii — Et contristati ualde. caeperunt singuli dicere.,
Num quid ego sum dne.

Mt cclxxxi II Mr clviii L cclxviii — At ipse respondens. ait., Qui intingit mecum manum
in parabside. hic me tradet., filius quidem hominis
uadit. sicut scriptum est de illo.,

Mt cclxxxii VI Mr clxiiii — Vae autem homini illi. per quem filius hominis
traditur; bonum erat ei. si natus non fuisset homo ille.

Mt cclxxxiii X Sol. — Respondens autem iudas qui tradidit eum. dixit.,
Num quid ego sum rabbi. ait illi., Tu dixisti.,

Mt cclxxxiiii I Mr clxv L cclxvi Io lxv Io lv — Caenantibus autem eis. accepit ihs panem. & bene
dixit ac fregit. deditque discipulis suis & ait,
Accipite & comedite. hoc est corpus meum.,

Mt cclxxxv II Mr clxvi L cclxv Io cclxvii — Et accipiens calicem. gratias egit. & dedit illis dicens,
bibite ex hoc omnes; hic est enim sanguis meus

noui testamenti . qui pro multis effundetur in remissi
onem peccatorum ., Dico autem uobis non bibam
amodo de hoc genimine uitis usque in diem illum .
mt cclxxxvi c Cum illud bibam uobiscum nouum in regno patris mei .,
vi mr clxviii Et hymno dicto exierunt in montem oliueti .
XXVII mt cclxxxvii IIII mr clxviii . Io clii . TUNC DICIT ILLIS IHS; t OMNES UOS
scandalum patiemini in me in ista nocte .,
mt cclxxxviii VI mr clxviiii . Scriptum est enim; percutiam pastorem & disper
gentur oues gregis ., Postquam autem resurrexero
c praecedam uos in galileam .
mt cclxxxviiii I mr clxx Lu cclxxv Io cxxvi Respondens autem petrus ait illi ., & si omnes scandali
zati fuerint in te . ego numquam scandalizabor .,
Ait illi ihs ., t amen dico tibi . quia in hac nocte
c antequam gallus cantet . ter me negabis ,
mt ccxc VI mr clxxi Ait illi petrus ., & iam si oportuerit me mori tecum .
non te negabo ., similiter & omnes discipuli dixerunt .,
mt ccxci I mr clxxii Lu cclxxviiii Io clvi Tunc uenit ihs cum illis in uillam quae dicitur gethsemani .
mt ccxcii VI mr clxxiii Et dixit discipulis suis ; t sedete hic . donec uadam illuc .
& orem ., c & adsumpto petro & duobus filiis zebedei .
coepit contristari & mestus esse .,
mt ccxciii IIII mr clxxiiii Io cvii . Tunc ait illis ; t Tristis est anima mea usque ad mortem .,
sustinete hic . & uigilate mecum .,
mt ccxciiii I mr clxxv Lu cclxxxi Io clxi . c Et progressus pusillum . procidit in faciem suam .
orans & dicens ; t mi pater . si possibile est . transeat
a me calix iste .,

Verum tamen non sicut ego uolo sed sicut tu,
Et uenit ad discipulos et inuenit eos dormientes,
et dicit petro sic non potuisti una hora uigilare mecum.
uigilate et orate ut non intretis in temptationem.,
Spiritus quidem promptus est caro autem infirma;
Iterum secundo abiit et orauit dicens, pater mi si non
potest hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas
tua., Et uenit iterum et inuenit eos dormientes;
erant enim oculi eorum grauati., et relictis illis
iterum abiit et orauit tertio eundem sermonem dicens;
Tunc uenit ad discipulos suos et dicit illis,
dormite iam et requiescite. ecce adpropinquauit
hora et filius hominis tradetur in manus pecca
torum., surgite eamus. ecce adpropinquauit
qui me tradet;
Adhuc ipso loquente ecce iudas unus de duodecim
uenit et cum eo turba multa cum gladiis
et fustibus missi a principibus sacerdotum
et senioribus populi.,
Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens,
Quem cumque osculatus fuero ipse est tenete eum.,
Et confestim accedens ad ihm dixit, aue rabbi.
Et osculatus est eum., dixitque illi ihs., Amice
ad quod uenisti. Tunc accesserunt et manus
iniecerunt in ihm et tenuerunt eum.,

Mt cccii Mr clxxxiii Lu cclxxxvii Io clx Et ecce unus ex his qui erant cum ihu. extendens
manum exemit gladium suum. & percutiens seruum
principis sacerdotum. amputauit auriculã eius.,
Mt ccciii Sol Tunc ait illi ihs., Conuerte gladium tuum. In locum
suum., Omnes enim qui acceperint gladium. gladio
peribunt., An putas quia non possum rogare
patrem meum. & exhibebit mihi modo plusquam
duodecim legiones angelorum. quomodo ergo
c Implebuntur scripturae. quia sic oportet fieri.
Mt ccciiii Mr clxxviiii Lu cclxxxviiii Io clxx In illa hora. dixit ihs turbis; tamquam ad latronem
existis cum gladiis & fustibus conprehendere me.
Cotidie apud uos sedebam docens in templo. & non
me tenuistis.,
Mt cccv Mr clxxxv c Hoc autem totum factum est. ut implerentur
scripturae prophetarum; Tunc discipuli omnes.
c relicto eo, fugerunt.,
Mt cccvi Mr clxxxvii Lu ccxc Io clxii Mt cclxxiii At illi tenentes ihm. duxerunt ad caipham principem
sacerdotum. ubi scribae & seniores conuenerant.,
Mt cccvii Mr clxxxviii Io clxiii Petrus autem. sequebatur eum alonge. usque
In atrium principis sacerdotum., & ingressus intro.
sedebat cum ministris. ut uideret finem.,
Mt cccviii Mr clxxxviiii Lu cccv Principes autem sacerdotum & omne concilium.
quaerebant falsum testimonium contra ihm.
ut eum morti traderent, & non inuenerunt.
Cum multi falsi testes accessissent.

MT cccviiii VI MR cxc Nouissime autem uenerunt duo falsi testes.
& dixerunt; hic dixit; possum destruere templum di.
& post triduum reaedificare illud; & surgens
princeps sacerdotum. ait illi, nihil respondes ad ea.
quae isti aduersum te testificantur. ihs autem
tacebat, & princeps sacerdotum. ait illi, adiuro te
per dnm uiuum. ut dicas nobis si tu es xps filius di.
dicit illi ihs, tu dixisti,
MT cccx I MR cxci LV ccxcvii IO lxuiiii Verumtamen dico uobis. amodo uidebitis filium
hominis sedentem a dextris uirtutis. & uenientem
in nubibus caeli,
MT cccxi VI MR cxcii Tunc princeps sacerdotum. scidit uestimenta sua
dicens, blasphemauit, quid adhuc egemus
testibus.
MT cccxii II MR cxciii LV ccxcviiii Ecce nunc audistis blasphemiam. quid uobis
uidetur. at illi respondentes dixerunt, reus est mortis,
MT cccxiii I MR cxciiii LV ccxciiii IO clxxii Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eum ceciderunt
alii autem palmas in faciem ei dederunt dicentes,
prophetiza nobis xpe. quis est qui te percussit.
MT cccxiiii I MR cxcv LV ccxci IO clxviii Petrus uero. sedebat foris in atrio & accessit ad eum.
una ancilla. dicens, & tu cum ihu galileo eras;
at ille negauit, coram omnibus dicens; nescio quid dicis,
MT cccxv I MR cxcvi LV ccxcii IO clxxv. Exeunte autem illo ianua. uidit eum alia ancilla
& ait his qui erant ibi; & hic erat cum ihu nazareno,
& iterum negauit cum iuramento. quia non noui

hominem. & post pusillum accesserunt qui stabant.
& dixerunt p&ro. uere & tu ex illis es. nam & loquela
tua manifestum te facit. tunc coepit detestare
& iurare. quia non nouiss& hominem. & continuo
gallus cantauit.
ch cccxvi / mc xcvii / lu cc xciii Et recordatus est p&rus uerbi ihu quod dixerat.
prius quam gallus cant&. ter me negabis.
& egressus foras. fleuit amare.
ch cccxvii / mc xcviii / lu cc xcv Mane autem facto consilium inierunt omnes principes
sacerdotum & seniores populi aduersus ihm ut eu morti traderent.
ch cccxviii / mc xcviiii / lu ccc / io clxxvi Et uinctum adduxerunt eum.
et tradiderunt pontio pilato praesidi.
ch cccxviiii / sol Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damnatus
ess&. paenitentia ductus. retulit triginta
argenteos. principibus sacerdotum. & senioribus
dicens. peccaui. tradens sanguinem iustum. at illi
dixerunt. quid ad nos. tu uideris. & proiectis
argenteis in templo. recessit. & abiens laqueo
se suspendit. principes autem sacerdotum. acceptis
argenteis. dixerunt. Non lic& mittere eos in corbanan.
quia pr&ium sanguinis est. Consilio autem inito.
emerunt ex illis agrum figuli. in sepulturam
peregrinorum. propter hoc uocatus est ager ille
acheldemach. hoc est ager sanguinis. usque
in hodiernum diem. Tunc impl&um est.

quoddictumest perhieremiam proph&am dicentem; 58
&acceperunt triginta argenteos. praetium adpreti
ati. quemadpraetiauerunt afiliis israhel.
&dederunt eos inagrum figuli sicut constituit mihidns.,

mt cccxx / mr cc / lu ccii. / io clxxviii
Ihs autem stetit antepresidem & interrogauit
eum praeses dicens.,
Tues rex iudaeorum. dicit ei ihs., Tudicis.,

mt cccxxi / iiii / mr cci. / lu cxcii / io clxxx / lu cxcii
Etcumaccusar&ur aprincipibus sacerdotum & senioribus.
Nihil respondit., Tunc dicit illi pilatus; Non audis
quanta aduersumte dicunt testimonia. & non
respondit ei adullum uerbum. itautmirar&ur
praeses uehementer.;

mt cccxxii / ii / mr ccii / lu cccviii
Perdiem autem solemnem. Consueuerat praeses
dimittere populo unum uinctum quem uoluissent.;

mt cccxxiii / iiii / mr cciii / io clxxxiii
habebat autem tunc uinctum insignem. quidice
batur barabbas.; Congregatis ergo illis. dixit
pilatus., Quem uultis dimittam uobis. barrabban
anihm quidicitur xps. sciebat enim. quodper
inuidiam tradidissent eum.,

mt cccxxiiii / x / Sol.
Sedente autemillo protribunali. misit adeum
uxor eius dicens., Nihil tibi & iusto illi., multa enim
passa sum hodie inuisu propter eum.,

mt cccxxv / i / mr cciiii / lu cccx / io clxxxiiii
Principes autem sacerdotum & seniores. persuaserunt
populis utpeterent barrabban. ihm uero perde
rent., respondens autem praeses. ait illis.,

quem uultis uobis deduobus dimitti? c At illi.
dixerunt, r barrabban.
Mt cccxxvi I Mr ccx Lc cccxi Io clxxxviii c Dicit illis pilatus, quid igitur faciam dei hu̅ qui dicitur
xp̅s? c dicunt omnes; crucifigatur, c Ait illis praeses;
quid enim mali fecit? c At illi magis clamabant
dicentes; r crucifigatur;
Mt cccxxvii X Sol c Videns autem pilatus quia nihil proficeret, sed magis
tumultus fieret, accepta aqua lauit manus
coram populo dicens, Innocens ego sum a sanguine
iusti huius. uos uideritis; Et respondens uniuersus
Mt cccxxviii I Mr ccvi Lc cccxiii Io cxcvi c populus. dixit, r sanguis eius super nos. & super filios nr̅os;
Tunc dimisit illis barabban. ih̅m autem flagellatum
tradidit eis. ut crucifigeretur.
XXVIII Mt cccxxviiii IIII Mr ccvii Io clxxxv & clxxxvii TUNC MILITES PRAESIDIS SUSCIPIENTES
ih̅m in praetorium Congregauerunt ad eum
uniuersam cohortem, & exuentes eum. clamidem
coccineam circumdederunt ei, & plectentes
coronam de spinis posuerunt super caput eius.
& arundinem in dextera eius, & genuflexo ante eum.
c Inludebant dicentes, r Aue rex iudaeorum;
Mt cccxxx VI Mr ccviii Et expuentes in eum acceperunt arundinem.
& percutiebant caput eius; & postquam inluserunt ei.
exuerunt eum clamidem. & induerunt eum
Mt cccxxxi uestimentis eius. & duxerunt eum ut crucifigerent;
I Mr ccviiii Lc cccxv Io cxcvii Exeuntes autem inuenerunt hominem cyreneum

59

nomine simonem hunc angariauerunt.
ut tolleret crucem eius.,

mt cccxxxii
mr I ccx
lc cccxviii
io cxcvii

Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha.
quod est caluariae locus;

mt cccxxxiii
mr IIII ccxi
io cciii

Et dederunt ei uinum bibere. cum felle mixtum;
et cum gustasset. noluit bibere.,

mt cccxxxiiii
mr I ccxii
lc cccxxi
io cci

Postquam autem crucifixerunt eum. diuiserunt
uestimenta eius. sortem mittentes, et sedentes.
seruabant eum.,

mt cccxxxv
mr I ccxiiii
lc cccxxiiii
io cxcviiii

Et inposuerunt super caput eius. causam ipsius
scriptam; hic est ihs rex iudaeorum.,

mt cccxxxvi
mr I ccxv
lc cccxviiii
io cxcviii

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. unus
a dextris. et unus a sinistris

mt cccxxxvii
mr VI ccxvii

Praetereuntes autem blasphemabant eum. mouentes
capita sua et dicentes, ua; qui destruit templum
dī. et in triduo illud reaedificat. salua temet ipsum,
c si filius dī es. descende de cruce;

mt cccxxxviii
mr II ccxviii
lc cccxxii

Similiter et principes sacerdotum inludentes
cum scribis et senioribus dicebant., alios saluos
fecit. se ipsum non potest saluum facere. si rex
israhel est. descendat nunc de cruce. et credimus ei;
Confidit in dō. liberet nunc eum si uult.;
c dixit enim. quia dī filius sum. rabant ei,

mt cccxxxviiii
mr II ccxviiii
lc cccxxv

Id ipsum autem et latrones. qui crucifixerant cum eo. inprope

mt cccxl
mr ccxx
lc cccxxvii

c A sexta autem hora. tenebrae factae sunt super

uniuersam terram · usque ad horam nonam ;
ch cccxli vi cn ccxxi — Et circa horam nonam · clamabat ihs uoce magna dicens ;
heli · heli · lama zapt ani ; hoc est ds meus · ds meus ·
ut quid dereliquisti me · Quidam autem illic stantes
& audientes dicebant ; heliam uocat iste ;
ch cccxlii ii cn ccxxii lu cccxxiii — Et continuo currens unus ex eis · acceptam spongiam
impleuit aceto · & inposuit harundini · & dabat ei bibere ;
ch cccxliii i cn ccxxiii lu cccxviiii io cciiii · — Caeteri uero dicebant ; sine uideamus · an ueniat
helias liberans eum ;
Ihs autem iterum clamans uoce magna · emisit spm ·
ch cccxliiii ii cn ccxxiiii lu cccxxvii — Et ecce uelum templi scissum est in duas partes ·
a summo usque deorsum ;
ch cccxlv x Sol · — Et terra mota est · & petrae scissae sunt · & monumenta
aperta sunt · & multa corpora scorum qui dormi
erant surrexerunt · & exeuntes de monumentis
post resurrectionem eius · uenerunt in scam
ciuitatem · & apparuerunt multis ;
ch cccxlvi ii cn ccxxv lu cccxxx — Centurio autem & qui cum eo erant · custodientes
ihm · uiso terrae motu · & his quae fiebant · timu
erunt ualde dicentes · uere filius di erat iste ;
ch cccxlvii vi cn ccxxvi — Erant autem ibi mulieres multae a longe · quae se
cutae erant ihm a galilea · ministrantes ei ;
Inter quas erat maria magdalene · & maria
iacobi · & ioseph mater · & mater filiorum
zebedaei ;

Mt cccxlviii
Mr ccxxvii
Lc cccxxxiii
Io ccvi

Cum sero autem factum esset. uenit quidam homo 60
diues ab arimathia. nomine ioseph. qui et ipse
discipulus erat ihu; hic accessit ad pilatum. et petiit
corpus ihu; Tunc pilatus iussit reddi corpus;

Mt cccxlviiii
Mr ccxxviii
Lc cccxxxiiii
Io ccvii

Et accepto corpore ioseph.
Inuoluit illud in sindone munda. et posuit
illud in monumento suo nouo quod exciderat
in petra, et aduoluit saxum magnum ad ostium
monumenti. et abiit.

Mt cccl
Mr ccxxviiii

Erat autem ibi maria magdalenae. et altera maria.
sedentes contra sepulchrum;

Mt cccli.
Sol.

Altera autem die quae est post parasceuen. Conuene
runt principes sacerdotum. et pharisaei ad pilatum
dicentes, domine. recordati sumus quia seductor ille
dixit adhuc uiuens. post tres dies resurgam;
Iube ergo custodiri sepulchrum. usque in diem
tertium. Ne forte ueniant discipuli eius. et furen
tur eum. et dicant plebi. surrexit a mortuis;
et erit nouissimus error. peior priore; ait illis
pilatus; habetis custodiam. ite. custodite sicut
scitis; illi autem abeuntes munierunt sepulchrum.
signantes lapidem. cum custodibus;

Mt ccclii
Mr ccxxxi
Lc cccxxxvi
Io ccviii.

Vespere autem sabbati. quae lucescit in prima
sabbati. uenit maria magdalenae. et altera
maria. uidere sepulchrum; et ecce terraemotus

factus est magnus. Angelus enim dni descendit
de caelo & accedens reuoluit lapidem. & sedebat
super eum. erat autem aspectus eius sicut fulgor.
& uestimentum eius sicut nix.
prae timore autem eius exterriti sunt custodes.
mt ccclii ii mr ccxxxii lc cccxxxvii & facti sunt uelut mortui. Respondens autem angelus.
dixit mulieribus; Nolite timere uos; scio enim quod ihm
qui crucifixus est quaeritis; Non est hic. surrexit enim.
sicut dixit. Uenite & uidete locum ubi positus erat dns.
& cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit.
& ecce praecedit uos in galileam. ibi eum uidebitis.
ecce p̄dixi uobis.

mt cccliiii ii mr ccxxxiii lc cccxxxviii Exierunt cito de monumento cum timore & gaudio
magno. currentes nuntiare discipulis eius.

mt ccclv x Sol. Et ecce ihs occurrit illis dicens. auete. illę autem acces
serunt & tenuerunt pedes eius. & adorauerunt eum.
Tunc ait illis ihs. Nolite timere. Ite nuntiate fratribus
meis ut eant in galileam. ibi me uidebunt. Quae cum
abissent. Ecce quidam de custodibus uenerunt
in ciuitatem & nuntiauerunt principibus sacerdotū
omnia quae facta fuerant. & congregati cum
senioribus consilio accepto. pecuniam copiosam
dederunt militibus dicentes. dicite quia discipuli
eius nocte uenerunt & furati sunt eum nobis dormi
entibus. & si hoc auditum fuerit a praeside.

nos sua debimus ei & securos uos faciemus.
At illi accepta pecunia. fecerunt sicut erant docti;.
& deuulgatum est uerbum istud apud iudeos
usque in hodiernum diem., Undecim autem discipuli
abierunt in galileam in montem. ubi constituerat
illis ihs., & uidentes eum adorauerunt. Quidam
autem dubitauerunt., & accedens ihs.
locutus est eis dicens., Data est mihi omnis
potestas. in caelo & in terra, Euntes ergo docete
omnes gentes. baptizantes eos. In nomine
patris. & filii. & sps sci., Docentes eos seruare
omnia. quaecumque mandaui uobis.,
& ecce ego uobiscum sum omnibus diebus.
usque ad consummationem saeculi., amen.,

EXPL EVANGELIUM
SECUNDUM MATH

INCIPIT PROLOGUS SCI MARC

Marcus euangelista di. electus. & petri in baptismate filius. atque in diuino sermone discipulus. sacerdotium in isrt agens. secundum carnē leuita. conuersus ad fidem xpi euangeliū in italia scripsit. ostendens in eo quid & generi suo deberet & xpō. Nam initium principii. in uoce propheticae exclamationis instituens ordinem. leuiticae electionis ostendit. Ut praedicans praedistinatum Iohannem filium zachariae in uoce angeli adnuntiantis emissum. Non solum uerbum caro factum sed & corpus dni in omnia. per uerbum diuinae uocis animatum. Initio euangelicae praedicationis ostenderet: Ut qui haec legens sciret cui initium carnis in dno. & ihu aduenientis habitaculum caro deberet agnoscere. atque in se uerbum uocis quod in consonantibus perdiderat inueniret. Denique & perfecti euangelii opus intrans & a baptismo dni praedicare dm inchoans. Non laborauit natiuitatem carnis quam in prioribus uiderat dicere. sed totus in primis expositionem deserti ieiunium numeri. temptationem diaboli. Congregationem bestiarum. & ministerium protulit angelorum.

Ut instituens nos ad intellegendum singula
in breui conpingens. Nec auctoritatem factae rei
demeret. et perficiendo operis plenitudinem
non negaret. Denique amputasse sibi post fidem
pollicem dicitur. ut sacerdotio reprobus haberetur.
Sed tantum consentiens fidei praedistinata potuit
electio. Ut nec sic in opere uerbi perderet
quod prius meruerat in genere. Nam alexandriae
eps fuit., Cuius per singula opus scire et
euangelii in se dicta disponere .. et disciplinam
in se legis agnoscere et diuinam in carne dni
intellegere naturam. quae in nos primum requiri
dehinc inquisita uolumus agnosci. habentes
mercedem exhortationis. quo qui plantat
et qui rigat unum sunt. qui autem incrementum
praestat ds est., EXPL PROLOGUS
INCIPIUNT CAPITL SECD MARCUM

I De iohanne baptista. et uictu et habitu eiusdem.
baptizatus ihs et temptatus uicit. petrum
et ceteros sequi iubet hominem ab in mundo
spu eripit.,

II Socrum petri a febribus liberat. et alios multos
curat. iacobum alphei sequi iubet et iudaeis dic
non esse opus sanis medicum.,

III De discipulis spicas uellentibus. manum aridam

habentem sanat . duodecim apostolorum electio .
De beelzebub principe demoniorum . .
IIII Matrem & fratres spernit . parabolam seminantis
dicit . nauigans tempestatem sedat .
demon um legionum ab homine expellit
V Archisinagogi filiam mortuam suscitat . Prophetam
In patria sua . sine honore esse dic . Duodecim
discipulos praemittit cum praeceptis .
de capite iohannis . ,
VI Regressis aptis ad ihm . de quinque panibus & duobus
piscibus . quinque milia uirorum saturat .
Ihs supra mare ambulat . ea magis coinquinare
hominem quae exeunt de corde .
VII Filiam syrophenisse a daemonio liberat . surdum
& mutum curat dicens effeta . de septem panis bus
In quattuor milia hominum . monet caueri
a fermento pharisaeorum . sputo caeco oculos liniens
aperit . Petrum post confessionem suam dure
Increpat . In monte transfiguratur .
Non eici posse spm Inmundum . nisi per Ieiunium
& orationem dic .
VIII humilitatem docet . & non esse prohibendum
qui In nomine eius uirtutem facit . & de calice
aquae frigidae . Uxorem non dimittendam .
nisi ob fornicationem Infantes a benedictione

non esse arcendos. Uenditas omnibus elemosynam dandam & quia difficile diues in regnum caelorum sit ingressurus. 63.

VIIII Et uentura sibi praedicit. petitio filiorum zebedei de caeco mendicante curato. de pullo asine

X Interrogatus in qua potestate haec facere&. parabolam de uinea & colonis. & denario caesaris. De muliere. quae septem fratres habuit & cui quaedam scribarum dicit. non longe esse a regno di. atque interrogat quomodo dicatur xps filius dauid cum sit dns. De uidua & gazophilatio. de templi structura.

XI De pseudo xpi. & passione martyrum & commotione saeculi. & de aduentu xpi.

XII De unguento super caput ihu effuso. & de proditione iudae & ceteris mandatis.

XIII Iudicium principum quo condemnant ihm. Passio ihu sepultura. & resurrectio eius.

EXPL CAPITL LIBRI HUIUS




MAR CUS
EV ANG
INITI VM :·
EVANG
IHU XP
FILII D
MARCUS UT ALTA FREMIT
VOX PER DESERTA LEONIS

INCP. EVANG SCD MARC

mr̄ i · ii · h ciii · lu lxx

INITIUM EVANGELII

xvm cci

ihu xpi filii di. sicut scriptum est. In esaia propheta.
Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam
mr̄ ii · i · h viii · lu vii · io x
qui praeparauit uiam tuam. ante te.
Vox clamantis in deserto parate uiam dni
mr̄ iii · vi · h viiii
rectas facite semitas eius.
Fuit iohannes in deserto baptizans. & praedicans
baptismum paenitentiae. in remissionem
peccatorum. & egrediebatur ad illum omnis
iudeae regio & hierusolimitae uniuersi. & bapti
zabantur ab illo in iordane flumine



confitentes peccata sua.
I ET ERAT IOHANNES UESTITUS PILIS
mr̄ iiii · i · h xi · lu x · io xii
cameli. & zona pellicia circa lumbos eius.
& locustas & mel siluestrae edebat. & praedicabat
dicens. Uenit fortior me post me. Cuius non sum
dignus procumbens soluere corrigiam calcia
mentorum eius. Ego baptizaui uos aqua. ille uero
baptizabit uos spu sco.
mr̄ v · i · h xiiii · lu xiii · io xv
Et factum est in diebus illis. Uenit ihs a nazareth
galileae. & baptizatus est in iordane a iohanne.
& statim ascendens de aqua. Uidit apertos caelos

& spm tamquam columbam descendentem & manentem
in ipso; & uox facta est de caelis; tu es filius meus
dilectus · in te conplacui.,

mr vi / II / mt xx / lu xv

ET statim sps expulit eum in desertum · & erat in deserto
quadraginta diebus · & quadraginta noctibus ·
& temptabatur a satana.,

mr vii / VI / mt xvii

ERatque cum bestiis · & angeli ministrabant illi ·,

mr viii / IIII / mt xviii / io xxvi

POstquam autem traditus est iohannes · uenit ihs in galileam ·

mr viiii / VI / mt xx

PRaedicans euangelium regni di · & dicens .,
quo impletum est tempus · & adpropinquabit regnu di ·
paenitemini & credite euangelio ,

ET praeteriens secus mare galileae · uidit simonem
& andream fratrem eius · mittentes retia in mare ·
erant enim piscatores .,

mr x / II / mt xxi / lu xxxii

ET dixit eis ihs ., uenite post me & faciam uos fieri
piscatores hominum · & protinus relictis retibus
secuti sunt eum .,

mr xi / VI / mt xxii

ET progressus inde pusillum · uidit iacobum zebedaei
& iohannem fratrem eius · & ipsos in naui compo
nentes retia · & statim uocauit illos · & relicto
patre suo zebedeo in naui cum mercennariis ·
secuti sunt eum .,

mr xii / VIII / lu xxiii

ET ingrediuntur capharnaum · & statim sabbatis
ingressus in synagogam · docebat eos .,

mr xiii / II / mt lxii / lu iiii / & xxiiii

ET stupebant super doctrina eius · erat enim docens eos

Quasi potestatem habens & non sicut scribae.

mr xiiii / viii / lc xxv — Et erat in synagoga eorum homo in spū inmundo.
& exclamauit dicens. quid nos & tibi ihū nazaren e
uenisti perdere nos. scio quis sis scs di. & comminatus
est ei ihs dicens, Obmutesce & exi de homine.
& discerpens eum spiritus inmundus. & exclamans
uoce magna exiit ab eo. & mirati sunt omnes.
ita ut conquirerent inter se dicentes, quidnam est
hoc quae doctrina haec noua. quia in potestate
& spiritibus inmundis imperat & oboediunt ei.
& processit rumor eius statim in omnem regionem
II galileae.

mr xv / ii / mt lxvii / lc xxvi — ET PROTINUS EGREDIENTES DE SYNAGOGA
Uenerunt in domum symonis & andreae. cum iacobo
& iohanne. Decumbebat autem socrus symonis
febricitans. & statim dicunt ei de illa. & accedens
eleuauit eam adprehensa manu eius. & continuo
dimisit eam febris. & ministrabat eis.
Uespere autem facto cum occidiss& sol. adferebant
ad eum omnes male habentes & daemonia habentes.
& erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.
& curauit multos qui uexabantur uariis languoribus
et daemonia multa eiciebat.

mr xvi / ii / lc xxvii — Et non sinebat loqui ea. quō sciebant eum.

mr xvii / viii / lc xxviii — Et diluculo ualde surgens. egressus abiit in desertum

locum. ibique orabat. & persecutus est eum simon & qui cum
illo erant., & cum inuenissent eum. dixerunt ei.,
quia omnes quaerunt te. & ait illis, eamus in proxi
mos uicos & ciuitates. ut & ibi predicem. ad hoc
enim ueni. & erat praedicans in synagogis eorum
& omni galilea. & daemonia eiciens.,

mt xviii / ii / lxiii / lu xxx iii

Et uenit ad eum leprosus depr ecans eum. & genuflexo.
dixit, si uis potes me mundare., Ihs autem.
misertus eius extendit manum suam & tangens eum.
ait illi., Uolo. mundare., & cum dixisset. statim discessit
ab eo lepra. & mundatus est., & comminatus est ei.
& statimque eiecit illum. & dicit ei, Uide nemini dixeris.
sed uade ostende te principi sacerdotum. & offer
pro emundatione tua. quae praecepit moyses.
in testimonium illis.,

m xviiii / x / Sol

At ille egressus coepit praedicare & diffamare
sermonem. ita ut iam non posset manifeste
in ciuitatem introire. sed foris in desertis locis esse.
& conueniebant ad eum undique.,

m xx / i / lxx / lu xxxvii / io xxxviii

Et iterum intrauit capharnaum post dies octo & auditum
est quod in domo esset. & conuenerunt multi.
ita ut non caperet neque ad ianuam. & loquebatur
eis uerbum., & uenerunt ferentes ad eum paralyticum.
qui a quattuor portabatur, & cum non possent
offerre eum illi prae turba. nudauerunt tectum

ubierat. & patefacientes submiserunt grabattum 66.
in quo paralyticus iacebat. Cum uidisset autem ihs
fidem illorum. ait paralytico; fili dimittuntur
tibi peccata. Erant autem illic quidam de scribis
sedentes & cogitantes in cordibus suis, quid hic
sic loquitur. blasphemat; quis potest dimittere
peccata nisi solus ds. quo statim cognito ihs spu suo
quia sic cogitarent intra se. dicit illis, quid ista
cogitatis in cordibus uestris. Quid est facilius
dicere paralitico. dimittuntur tibi peccata.
Aut dicere surge. tolle grabattum tuum & ambula.
Ut autem sciatis. quia potestatem habet filius
hominis in terra dimittendi peccata. ait paralytico.
tibi dico. surge. tolle grabattum tuum. & uade
in domum tuam. & statim ille surrexit. & sublato
grabatto. abiit coram omnibus. Ita ut ammira
rentur omnes. & honorificarent dm dicentes,
Quia numquam sic uidimus.

xxi ii lxxi lvxxxviii Et egressus est rursus ad mare. omnisque turba
ueniebat ad eum & docebat eos. & cum praeteriret.
uidit leuin alphei sedentem ad theloneum.
& ait illi. sequere me. & surgens. secutus est eum.

xxii ii lxxii lvxxviii & clxxxii. Et factum est cum accumberet in domo illius. multi
publicani & peccatores. simul discumbebant
cum ihu & discipulis eius. Erant enim multi

qui & sequebantur eum; & scribae & pharisaei
uidentes. quia manducat cum peccatoribus
& publicanis. Dicebant discipulis eius. quare cum
publicanis & peccatoribus manducat & bibit
magister uester.
ch xxiii ch lxxiii lu xl Hoc audito ihs. ait illis; Non necesse habent sani
medicum. sed qui male habent. Non enim ueni
uocare iustos. sed peccatores. & erant discipuli
iohannis & pharisaei ieiunantes. & ueniunt & dicunt
illi. quare discipuli iohannis & pharisaeorum
ieiunant. Tui autem discipuli non ieiunant.
& ait illis ihs. Num quid possunt filii nuptiarum
quamdiu sponsus cum illis est ieiunare. Quanto
tempore habent secum sponsum. non possunt ieiunare.
Uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus.
& tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo adsumentum
panni rudis. adsuit uestimento ueteri. alioquin
aufert supplementum nouum a uetere. & maior
scissura fit. & nemo mittit uinum nouum (nouellum) in utres
ueteres. alioquin disrumpet uinum utres & uinum
effunditur. & utres peribunt. sed uinum nouum
in utres nouos mitti debet.

III ch xxiiii ch cxiii lu xli ET FACTUM EST: (iterum) CUM SABBATIS AMBU
laret per sata. & discipuli eius coeperunt praegredi
& uellere spicas. Pharisaei autem dicebant ei.

discipuli tui

Ecce quid faciunt: sabbatis quod non licet., 67
Et ait illis., Numquam legistis quid fecerit dauid
quando necessitatem habuit et esuriit. ipse
et qui cum eo erant. quomodo introiit in domum
di. sub abiathar principe sacerdotum. et panes
propositionis manducauit. quos non licebat
manducare., nisi sacerdotibus et dedit eis
qui cum eo erant.,

M xxv II L cxvi Io xlii

Et dicebat eis. sabbatum propter hominem factum
est. et non homo propter sabbatum., Itaque
dns est filius hominis et iam sabbati. Et introiit ihs 3. cri
iterum in synagogam. et erat ibi homo habens
manum aridam. Et obseruabant eum si sabbatis
curaret ut accusarent illum., Et ait homini
habenti manum aridam. surge in medium.,
Et dicit eis., Licet sabbatis benefacere. an male.
animam saluam facere. an perdere., At illi
tacebant., Et circumspiciens eos cum ira.,
Contristatus super caecitatem cordis eorum.
dicit homini., extende manum tuam. Et extendit.
Et restituta est manus illi.

M xxvi IIII L cxvii Io xciii M xcv

Exeuntes autem statim pharisaei. cum herodianis
consilium faciebant aduersus eum. quomodo
eum perderent., Et ihs cum discipulis suis.
secessit ad mare.,

ch xxvii ch xxiii Lu xlv Io xlvi ET multa turba a galilea & iudaea secuta est eum.
& ab hierusolymis & ab idumea & trans iordanen.
& qui circa tyrum & sidonem multitudo magna.
audientes quae faciebat uenerunt ad eum; & dixit
discipulis suis. ut nauicula sibi deseruiret
propter turbam. ne conprimerent eum., multos
enim sanabat. ita ut inruerent in eum. ut illum
tangerent; quodquod autem habebant plagas
& spiritus inmundi. cum illum uidebant
procidebant ei.,

ch xxviii VIII Lu xxiiii ET clamabant dicentes. tu es filius dī. & uehementer
comminabatur eis. ne manifestarent illum.,

ch xxviiii II ch lxxviiii Lu lxxxvi ET ascendens in montem. uocauit ad se quos uoluit
ipse. & uenerunt ad eum & fecit ut essent duodecim
cum illo. & ut mitteret eos praedicare. & dedit illis
potestatem curandi infirmitates. & eiciendi daemonia,

ch xxx ch II lxxx Lu xliii ET inposuit simoni nomen petrus. & iacobum
zebedaei & iohannem fratrem iacobi. & inposuit eis
nomina boanerges. quod est filii tonitrui. & andream
& philippum. & bartholomeum. & mattheum
& thomam & iacobum alphei. & taddheum.
& simonem cananeum & iudam scarioth
qui tradidit illum.,

ch xxxi X Sol ET ueniunt ad domum & conuenit iterum turba;
ita ut non possent neque panem manducare.,

&cum audissent sui exierunt tenere eum.
dicebant enim. quo(niam) in furorem uersus est.,
xxxii / ii cxxi / lu cxxvii Et scribae qui ab hierusolymis discenderant.
dicebant; quo(niam) beelzebub hab&. & quia in principe
daemoniorum eicit daemonia.,
xxxiii / ii cxxii / lu cxxviii Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis., quomodo
potest satanas satan eicere; & si regnum in se
diuidatur. non potest stare regnum illud; & si
domus super sem& ipsam dispertiatur. non poterit
domus illa stare., & si satanas consurrexerit
in sem& ipsum. dispertitus est; & non poterit stare.
sed finem hab&., Nemo potest uasa fortis ingres
sus in domum diripere. nisi prius fortem allig&.
& tunc domum eius diripi&.,
xxxiiii / ii cxxiii / lu cxlvii Amen dico uobis. quo(niam) omnia dimittentur filiis
hominum peccata & blasphemiae quibus
blasphemauerint., Qui autem blasphemauerit
in sp(iritu)m s(an)c(tu)m. non hab& remissionem in ae&ernum.
sed reus erit ae&erni delicti., quo(niam) dicebant.
spiritum inmundum hab&.,
IIII / xxxv / ii cxxx / lu lxxxii ET UENIUNT MATER EIUS ET FRATRES
& foris stantes. miserunt ad eum uocantes eum.
& sedebat circa eum turba. & dicunt ei; Ecce
mater tua & fratres tui foris quaerunt te.,
& respondens eis. ait., quae est mater mea

& fratres mei. & circumspiciens eos qui in circuitu eius
sedebant ait, Ecce mater mea & fratres mei.,
Qui enim fecerit uoluntatem dī. hic frater meus
& soror mea & mater est.,

M MR xxxvi II MT cxxxi LU lxxvi
Et iterum coepit docere ad mare. & congregata est
ad eum turba multa. Ita ut in nauem ascendens
sedere& in mari. & omnis turba circa mare
super terram erat. & docebat illos in parabolis
multa. & dicebat illis in doctrina sua; Audite,
Ecce exiit seminans ad seminandum; & dum
seminat. aliud cecidit circa uiam. & uenerunt
uolucres & comederunt illud; aliud uero cecidit
super petrosa. ubi non habuit terram multam.
& statim exortum est. quo non habebat altitudinem
terrae; & quando exortus est sol. exaestuauit,
& eo quod non habere& radicem. exaruit., & aliud
cecidit in spinas. & ascenderunt spinae & suffoca
uerunt illud. & fructum non dedit., & aliud cecidit
in terram bonam. & dabat fructum ascendentem
& crescentem. & adferebat unum triginta.
& unum sexaginta. & unum centum; & dicebat.,
Qui habe& aures. audiendi audiat., & cum esse&
singularis interrogauerunt eum. hi qui cum eo
erant duodecim. parabolam. & dicebat eis.,
Uobis datum est scire mysterium regni dī.,

Mr xxxvii / Mt cxxxiii (I) / Lc lxxvii / Io cviiii
Illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. 69
Ut uidentes uideant. & non uideant; & audientes
audiant. & non intellegant. Nequando conuer
tantur & demittantur eis peccata; & ait illis,
Nescitis parabolam hanc; & quomodo omnes
parabolas cognoscetis.

Mr xxxviii / Mt cxxxv (II) / Lc lxxviii
Qui seminat uerbum seminat; hi autem sunt.
qui circa uiam. ubi seminatur uerbum, & cum
audierint. confestim uenit satanas & aufert
uerbum quod seminatum est in corda [ib.] eorum;
& hi sunt similiter qui super petrosa seminantur..
Qui cum audierint uerbum. statim cum gaudio
accipiunt illud., & non habent radicem in se.
sed temporales sunt., Deinde orta tribulatione
& persecutione propter uerbum confestim
scandalizantur., & alii sunt qui in spinis
seminantur. hi sunt qui uerbum audiunt.
& aerumnae saeculi & deceptio diuitiarum.
& circa reliqua concupiscentiae introeuntes
suffocant uerbum. & sine fructu efficitur.,
& hi sunt qui supra terram bonam seminati sunt.
qui audiunt uerbum & suscipiunt & fructificant
unum triginta. & unum sexaginta.
& unum centum.,

Mr xxxviiii / Mt xxxii (II) / Lc cxxxiii
Et dicebat illis., Num quid uenit lucerna ut sub

modio ponatur. aut sub lecto. Nonne ut super
candelabrum ponatur.

mr xl / II / mt xcii / lu lxxx
Non enim est aliquid absconditum quod non
manifestetur. Nec factum est occultum. sed ut
in palam ueniat; si quis habet aures audiendi audiat.

mr xli / II / mt l / lu lvi.
Et dicebat illis; uidete quid audiatis; In qua mensura
mensi fueritis remetietur uobis. et adicietur uobis.

mr xlii / II / mt cclxxi / lu ccxxx.
Qui enim habet dabitur illi. et qui non habet. etiam
quod habet auferetur ab illo.

mr xliii / X / Sol.
Et dicebat. sic est regnum di. quem admodum
si homo iaciat sementem in terram. et dormiat.
et exsurgat nocte ac die et semen germinet. et in
crescat dum nescit ille. ultro enim terra fructificat
Primum herbam. deinde spicam. deinde plenum
frumentum in spica. et cum se produxerit fructus.
statim mittit falcem. quo adest messis.

mr xliiii / II / mt cxxxvii / lu clxvii
Et dicebat. Cui adsimilabimus regnum di. aut cui
parabolae conparabimus illud. sicut granum
sinapis. Quod cum seminatum fuerit in terra.
minus est omnibus seminibus quae sunt in terra.
et cum seminatum fuerit ascendit. et fit maius
omnibus holeribus. et facit ramos magnos.
ita ut possint sub umbra eius aues caeli habitare.

mr xlv / VI / mt cxxxviiii
Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum.
prout poterant audire. sine parabola autem

nonloquebatur eis; 69 Bis

cā xlvi X Sol — Seorsum autem discipulis suis. disserebat omnia.,

cā xlvii II cā lxviii lū lxxxiii — Et ait illis in die illa: cum sero esset factum. transeamus contra; et dimittentes turbam adsumunt eum. ita ut erat in naui. et aliae naues erant cum illo; et facta est procella magna uenti. et fluctus mittebat in nauem. ita ut impleretur nauis. et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. et excitant eum et dicunt ei., magister. non ad te pertinet quia perimus; et exsurgens commi natus est uento. et dixit mari., tace obmutesce; et cessauit uentus. et facta est tranquillitas magna. et ait illis; quid timidi estis. Necdum habetis fidem. et timuerunt magno timore., et dicebant ad alterutrum; quis putas est iste. quia et uentus et mare oboediunt ei. et uenerunt trans fretum maris. in regionem gerasenorum. 4. cā

et exeunti ei de naui. statim occurrit demoniu mentis homo in spū inmundo. qui domicilium habebat in monumentis. et neque catenis iam quisquam eum poterat ligare., quo saepe compe dibus et catenis uinctus. disrumpisset catenas. et compedes comminuisset. et nemo poterat eum domare. et semper nocte ac die in monu mentis et in montibus erat. clamans et concidens

se lapidibus. Uidens autem ihm a longe. Cucurrit
& adorauit eum. & clamans uoce magna dixit.,
Quid mihi & tibi ihu fili di summi; Adiuro te
per dm. ne me torqueas., dicebat enim illi., Exi sps
inmunde ab homine; & interrogabat eum.;
quod tibi nomen est? & dicit ei; legio nomen
mihi est quia multi sumus, & deprecabatur eum
multum ne se expelleret extra regionem.,
Erat autem ibi circa montem grex porcorum
magnus pascens. & depraecabantur eum spiritus
dicentes., mitte nos in porcos. Ut in eos introeamus.,
& concessit eis statim ihs. & exeuntes spiritus
inmundi. introierunt in porcos; & magno impetu
grex praecipitatus est in mare. ad duo milia.
& suffocati sunt in mari; Qui autem pascebant eos
fugerunt. & nuntiauerunt in ciuitatem & in
agros., & egressi sunt uidere quid esset facti.
& ueniunt ad ihm. & uident illum. qui a demonio
uexabatur. sedentem uestitum & sanae mentis.,
& timuerunt & narrauerunt illis qui uiderant
qualiter factum esset ei. qui daemonium habuerat
& de porcis. & rogare eum coeperunt ut disce
deret de finibus eorum.,

di xlviii; lo lxxxiiii Cumque ascenderet nauem: coepit illum depraecari
qui a daemonio uexatus fuerat ut esset cum illo..

& non admisit eum · sed ait illi ; uade in domum tuã ad tuos · & adnuntia illis · quanta tibi dñs fecerit & misertus sit tui ; & abiit · & coepit praedicare in decapoli quanta sibi fecisset ihs · & omnes mirabantur ·, 70

V
mt xlviiii
II
mt lxxiiii
lc lxxxv ·

ET CUM TRANSCENDISSET IHS IN NAUI rursus trans fretum · conuenit turba multa ad illum · & erat circa mare · & uenit quidam de archi sinagogis nomine iairus · & uidens eum procidit ad pedes eius · & depraecabatur eum multum dicens ·, quo filia mea in extremis est · ueni inpone manus super eam ut salua sit & uiuat ; & abiit cum illo · & sequebatur eum turba multa · & conprimebant illum ; & mulier quae erat in profluuio sanguinis annis duodecim · & fuerat multa perpessa a conpluribus medicis · & erogauerat omnia sua nec quicquam profecerat · sed magis deterius habebat ·, Cum audisset de ihu · uenit in turba retro · & tetigit uestimentum eius ; dicebat enim ·, Quia si uel uestimentum eius tetigero · salua ero ·, & confestim siccatus est fons sanguinis eius ·, & sensit corpore quod sanata esset a plaga ·, & statim ihs cognoscens in semet ipso uirtutem quae exierat de eo · Conuersus ad turbam aiebat · Quis tetigit uestimenta mea · & dicebant ei discipuli sui ; uides turbã conprimentem te · & dicis ·

quis me tetigit., & circumspiciebat uidere eam
quae hoc fecerat., mulier autem timens & tremens.
sciens quod factum esset in se. uenit & procidit ante eum.
& dixit ei omnem ueritatem; ille autem dixit ei; filia.
fides tua te saluam fecit. uade in pace. & esto sana
a plaga tua., Adhuc eo loquente. ueniunt ab archi
synagoga dicentes., quia filia tua mortua est.
quid ultra uexas magistrum.' Ihs autem uerbo
quod dicebatur audito ait archisynagogo. noli
timere. tantummodo crede. & non admisit
quemquam sequi se. nisi petrum & iacobum
& iohannem fratrem iacobi. & ueniunt in domum
archisynagogi. & uidet tumultum & flentes
& heiulantes multum. & ingressus ait eis. quid
turbamini & ploratis.' puella non est mortua
sed dormit. & inridebant eum., Ipse uero eiectis
omnibus. assumit patrem & matrem puellae.
& qui secum erant; & ingrediuntur ubi erat puella
iacens., & tenens manum puellae. ait illi; thalitha cumi.
quod est interpretatum. puella tibi dico surge.
& confestim surrexit puella & ambulabat.,
erat autem annorum duodecim. & obstipuerunt
stupore maximo; & praecepit illis uehementer.
ut nemo id sciret. & dixit dari illi manducare.,
Mr L / Mt lxli / Lc xviiii / Io. lviiii — Et egressus inde abiit in patriam suam. & sequebantur

illum discipuli sui. & facto sabbato coepit in synagoga 71.
docere; & multi audientes ammirabantur in doc
trina eius. dicentes, Unde huic haec omnia.
& quae est sapientia quae data est illi; & uirtutes
tales quae per manus [eius] efficiuntur. Nonne iste est
faber filius mariae. frater iacobi & ioseph. & iudae
& simonis. Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt.
Mr li Mt cxli Lc xxi Io xxxv Et scandalizabantur in illo., & dicebat eis ihs. quia
non est propheta sine honore nisi in patria sua.
& in cognatione sua. & in domo sua., & non poterat
ibi uirtutem ullam [multas] facere. Nisi paucos infirmos
inpositis manibus curauit., & mirabatur. propter
incredulitatem illorum.,
Mr lii Mt lxxvi Lc clxviiii Et circuibat castella in circuitu docens.,
Mr liii Mt lxxxii Lc lxxxvii & cx Et conuocauit duodecim. & coepit eos mittere binos.
& dabat illis potestatem spirituum inmundorum.
& praecepit eis ne quid tollerent in uia. Nisi uirgam
tantum. Non peram. non panem. neque in zona aes.
sed calciatos sandaliis. & ne induerentur duabus
tunicis.,
Mr liiii Mt lxxxiii Lc lxxxviii & cxii Et dicebat eis; quocumque introieritis in domum
illic manete. donec exeatis inde.,
Mr lv Mt lxxxv Lc cxiiii & lxxxviii Et quicumque non receperint uos nec audierint uos.
exeuntes inde excutite puluerem de pedibus uestris
in testimonium illis.,

Mr lvi viii Lu lxxviiii
Et exeuntes praedicabant ut paenitentiam agerent.
& daemonia multa eiciebant; & unguebant oleo
multos aegros. & sanabant.,

Mr lvii ii Mt cxliii Lu xc
Et audiuit herodes rex., manifestum enim factum est
nomen eius. & dicebant; quia iohannes baptista
resurrexit a mortuis. & propterea operantur
uirtutes in illo., Alii autem dicebant. quia helias est.
Alii uero dicebant. quia propheta est. quasi unus
ex prophetis.,

Mr lviii x Sol
Quo audito herodes ait; quem ego decollaui iohannem.
hic a mortuis resurrexit.,

Mr lviiii ii Mt cxliiii Lu xci
Ipse enim herodes misit ac tenuit iohannem.
& uinxit eum in carcere propter herodiaden
uxorem philippi fratris sui, quia duxerat eam,

Mr lx vi Mt cxlv
Dicebat enim iohannes herodi; Non licet tibi
habere uxorem fratris tui, herodias autem insidia
batur illi. & uolebat occidere eum. nec poterat.,
herodes enim metuebat iohannem. sciens eum uirum
iustum & sanctum. & custodiebat eum, & audito eo
multa faciebat. & libenter eum audiebat.,
Cum dies oportunus accidisset. herodes natalis
sui. caenam fecit principibus & tribunis & primis
galileae., Cumque introisset filia ipsius herodiadis
& saltasset; & placuisset herodi simul que recum
bentibus rex ait puellae., pete a me quod uis. & dabo tibi.,

& iurauit illi. quia quicquid p&ieris dabo tibi. 72
lic& dimidium regni mei; quae cum exiss&. dixit
matri suae; quid p&am. & illa dixit.
caput iohannis baptistae. Cumque introiss&
statim cum festinatione ad regem. p&iuit dicens.
Uolo ut protinus mihi des in disco. caput iohannis
baptistae. & contristatus est rex. propter iusiuran
dum. & propter simul recumbentes. Noluit eam
contristare. sed misso speculatore. praecepit afferri
caput eius in disco. & decollauit eum in carcere. & ad
tulit capud eius in disco & dedit illud puellae. & puella dedit
matri suae. Quo audito discipuli eius. uenerunt & tule
VI runt corpus eius. & posuerunt illud in monumento.

ch lxi VIII ch xci ET CONUENIENTES APOSTOLI AD IHM.
renuntiauerunt illi omnia quae egerant & docuerant.

ch lxii X Sol Et ait illis, uenite seorsum in desertum locum
& requiescite pusillum. erant enim qui ueniebant
& rediebant multi. & nec manducandi spatium
habebant.

ch lxiii VI ch lxxvii Et ascendentes in nauem abierunt in desertum
locum seorsum. & uiderunt eos abeuntes & cogno
uerunt multi. & pedestres. & de omnibus ciuita
tibus concurrerunt illuc. & praeuenerunt eos
& exiens. uidit ihs turbam multam & misertus
est super eos. quia erant sicut oues non habentes

pastorem. & coepit docere illos multa.

Mr lxiiii Mt cxlvii Lc xciii Io xlviii E t cum iam hora multa fieret. accesserunt discipuli
eius dicentes, Desertus est locus hic. & iam hora
praeterit. dimitte illos ut euntes in proximas uillas
& uicos. emant sibi cibos quos manducent. & respondens
ait illis, date illis uos manducare. & dixerunt ei, euntes
emamus denariis ducentis panes & dabimus eis
manducare. & dicit eis; quot panes habetis? ite
& uidete; & cum cognouissent. dicunt; quinque.
& duos pisces. & praecepit illis ut accumbere
facerent omnes secundum contubernia super
uiride foenum; & discubuerunt in partes. per
centenos & per quinquagenos. & acceptis quinque
panibus & duobus piscibus. intuens in caelum.
benedixit & fregit panes. & dedit discipulis suis.
ut ponerent ante eos. & duos pisces diuisit omnibus;
& manducauerunt omnes & saturati sunt.
& sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim
cophinos plenos & de piscibus. Erant autem
qui manducauerunt quinque milia uirorum.

Mr lxv Mt cxlviii E t statim coegit discipulos suos ascendere nauem
ut praecederent eum trans fretum ad bethsaidam.
dum ipse dimitteret populum.

Mr lxvi Mt cxlviiii Lc xlvi xxxv E t cum dimisisset eos. abiit in montem orare.

Mr lxvii Mt cliiii Io li E t cum sero esset. erat nauis

Inmedio mari. & ipse solus interra; & uidens eos 73
laborantes inremigando. erat enim uentus
contrarius eis; & circa quartam uigiliam noctis.
uenit ad eos ambulans super mare. & uolebat
praeterire eos; At illi ut uiderunt eum ambulantem
super mare. putauerunt phantasma esse.
& exclamauerunt; Omnes enim eum uiderunt.
& conturbati sunt; & statim locutus est cum eis.
& dixit illis; Confidite. ego sum. nolite timere;
ca lxviii ca clii vi Et ascendit ad illos innauem. & cessauit uentus.
& plus magis intra se stupebant; Non enim intellex
erant de panibus. erat enim cor illorum obcecatum;
& cum transfretassent. peruenerunt interram
ca lxviiii gennesareth. & adplicuerunt;
ca cliii ii lc xxxvi Cumque egressi essent de naui. Continuo cognouerunt
eum; & percurrentes uniuersam regionem illam.
Coeperunt ingrabattis eos qui se male habebant
circumferre. ubi audiebant eum esse; & quocumque
introibat inuicos. uel inuillas aut inciuitates.
inplateis ponebant infirmos. & depraecabantur
eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent;
& quotquot tangebant eum. salui fiebant;
ca lxx x Sol. Et conueniunt ad eum pharisaei. & quidam A ca
de scribis uenientes ab hierusolymis. & cum uidissent
quosdam ex discipulis eius communibus manibus.

Idest non lotis manducare panes. uitu pera
uerunt. pharisaei enim & omnes iudaei.
Nisi crebro lauent manus non manducant.
tenentes traditiones seniorum. & a foro nisi bapti
zentur non comedunt. & alia multa quae tradita
sunt illis seruare. baptismata calicum & urceorum.
& aeramentorum & lectorum.

ap lxxi / VI / ap clxiii Et interrogabant eum pharisaei & scribae. quare
discipuli tui non ambulant iuxta traditionem
seniorum. sed communibus manibus manducant
panem; at ille respondens. dixit eis; bene proph&a
uit esaias de uobis hypocritis; sicut scriptum est;
populus hic labiis me honorat. Cor autem eorum
longe abest a me, In uanum autem me colunt.
docentes doctrinas praecepta hominum. relinquentes
enim mandatum di. tenetis traditionem hominum;
baptismata urceorum & calicum. & alia similia
his facitis multa & dicebat illis; bene irritum
facitis praeceptum di. Ut traditionem uestram
seruetis. Moyses enim dixit. honora patrem tuum
& matrem tuam. & qui male dixerit patri aut
matri. morte moriatur. Uos autem dicitis.
si dixerit homo patri aut matri corban quod est
donum. quodcumque ex me tibi profuerit. & ultra
non dimittitis eum quicquam facere patri suo

aut matri. rescindentes uerbum d(e)i per traditione(m) 74
uestram. quam tradidistis. & similia huiusmodi
multa facitis; & aduocans iterum turbam. dicebat
illis; audite me omnes & intellegite. Nihil est
extra hominem. introiens in eum quod possit
eum coinquinare. sed quae de homine procedunt.
illa sunt quae communicant hominem.
si quis hab& aures audiendi audiat.,
M LXXII / M CLVII VI Et cum introiss& in domum a turba. interrogabant
eum discipuli eius parabolam. & ait illis.,
sic & uos inprudentes estis., Non intellegitis
quia omne extrinsecus introiens in hominem.
Non potest eum communicare. quia non in
troiit in cor eius. sed in uentrem & in secessum
exit purgans omnes escas., dicebat autem.,
quo(niam) quae de homine exeunt. illa communicant
hominem; ab intus enim de corde hominum
cogitationes malae procedunt. adulteria.
fornicationes. homicidia. furta. auaritiae.
nequitiae. dolus. inpudicitia. oculus malus.
blasphemia superbia. stultitia. omnia haec
mala ab intus procedunt. & communicant
hominem.,

VII ET INDE SURGENS ABIIT IN FINES TYRI
& sydonis. & ingressus domum neminem uoluit

scire & non potuit latere., mulier autem statim
ut audiuit de eo. cuius habebat filia spiritum
inmundum; intrauit & procidit ad pedes eius.
erat enim mulier gentilis. syrophenissa genere.
cñ lxxiii VI cñ clviii Et rogabat eum ut daemonium ei ceret
de filia eius; qui dixit illi. sine prius saturari filios.
Non est enim bonum sumere panem filiorum
& mittere canibus., at illa respondit. & dicit ei;
Utique dñe; Nam & catelli sub mensam comedunt
de micis puerorum; & ait illi., propter hunc
sermonem. uade; exiit daemonium de filia tua.
& cum abisset domum suam. inuenit puellam
iacentem supra lectum & daemonium exisse.,
cñ lxxiiii X Sol. Et iterum exiens de finibus tyri. uenit per sydonem
ad mare galileae. inter medios fines decapoleos.,
& adducunt ei surdum & mutum. & depre ca
bantur eum ut inponat illi manum; & adpre
hendens eum de turba seorsum. misit digitos
suos in auriculas & expuens tetigit linguã
eius., & suspiciens in caelum. ingemuit
& ait illi, effeta quod est adaperire., & statim
apertae sunt aures eius. & solutum est uinculum linguae
eius. & loquebatur recte, & praecepit illis.
ne cui dicerent,
cñ lxxv VIII lũc. Quanto autem eis praecipiebat. tanto magis

plus praedicabant. & eo amplius ad mirabantur dicentes, 75

ca lxxvi cn vi cn clx Bene omnia fecit. & surdos fecit audire. & mutos loqui. In illis diebus iterum cum turba multa esset cum ihu 4 cn nec haberent quod manducarent. Conuocatis discipulis. ait illis; misereor super turbam. quia ecce iam triduo sustinent me. nec habent quod manducent; & si dimisero eos ieiunos in domum suam. deficient in uia; Quidam enim ex eis de longe uenerunt; & responderunt ei discipuli sui; Unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine. & interrogauit eos; quot panes habetis. qui dixerunt; septem; & praecepit turbae discumbere supra terram; & accipiens septem panes. gratias agens fregit. & dabat discipulis suis ut apponerent. & apposuerunt turbae; & habebant pisciculos paucos. & ipsos benedixit. & iussit apponi; & manducauerunt. & saturati sunt; & sustulerunt quod superauerat de fragmentis. septem sportas; erant autem qui manducauerunt quasi quattuor milia. & dimisit eos; & statim ascendens nauem cum discipulis suis. uenit in partes dalmanutha;

ca lxxvii cn iiii cn clxi lo xxiii Exierunt pharisaei. & coeperunt conquirere cum eo. quaerentes ab illo signum de caelo temptantes eum.

ca lxxviii cn ii cn clxiii Et ingemiscens spu. ait;

quid generatio ista quaerit signum.
Amen dico uobis. si dabitur generationi isti signum.
Et dimittens eos. ascendens iterum nauem. abiit
trans fretum. Et obliti sunt sumere panes. et nisi
unum panem non habebant secum in naui.
MR lxxviiii II MT clxiiii LC cxliiii. Et praeci[pi]ebat eis dicens. Uidete [et] cauete a fermento
pharisaeorum. et fermento herodis.
MR lxxx VI MT clxv Et cogitabant ad alterutrum dicentes. quia panes
non habemus. quo cognito ihs. ait illis. quid cogitatis
quia panes non habetis. nondum cognoscitis.
neque intellegitis. adhuc caecatum habetis cor uestrum.
Oculos habentes non uidetis. et aures habentes
non auditis. Nec recordamini quando quinque
panes fregi in quinque milia. et quot cophinos
fragmentorum plenos sustulistis. dicunt ei.
duodecim. quando et septem panes in quattuor
milia. quot sportas fragmentorum [sus]tulistis.
et dicunt ei. septem. et dicebat eis. quomodo nondum
intellegitis.
MR lxxxi X Sol Et ueniunt bethsaida. et adducunt ei caecum. et ro
gabant eum. ut illum tangeret. et adprehensa
manu caeci. eduxit eum extra uicum. et expuens
in oculos eius. inpositis manibus suis. interrogauit
eum si aliquid uideret. et aspiciens. ait. uideo
homines uelut arbores ambulantes. deinde iterum

Inposuit manus super oculos eius. & coepit uidere., 76.
& restitutus est ita ut uider& clare omnia; & misit
illum in domum suam dicens; uade in domum tuam.
& si in uicum introieris. nemini dixeris.,
m lxxxii ch clxvi lu xciiii io lxxiiii Et egressus est ihs & discipuli eius in castella caesareae
philippi. & in uia interrogabat discipulos suos dicens.
eis; quem me dicunt esse homines., Qui responderunt
illi dicentes., Iohannem baptistam. alii heliam.
alii uero quasi unum de prophetis.,
m lxxxiii ch clxvii lu xcv Tunc dicit illis., uos uero quem me dicitis esse.
Respondens petrus. ait ei; tu es xps., & comminatus
est eis ne cui dicerent de illo. & coepit docere illos.
quoniam oport& filium hominis multa pati & reprobari
a senioribus & a summis sacerdotibus & scribis.
& occidi. & post tres dies resurgere. & palam uerbum
loquebatur.,
m lxxxiiii ch clxviii Et adprehendens eum petrus coepit increpare eum.,
qui conuersus & uidens discipulos suos. comminatus
est petro dicens., Uade retro me satana quoniam non sapis
quae dei sunt. sed que hominum.,
m lxxxv ch clxx lu xcvi Et conuocata turba cum discipulis suis. dixit eis.,
Si quis uult me sequi. deneg& se ipsum. & tollat crucem
suam & sequatur me., Qui enim uoluerit animam
suam saluam facere. perd& eam, qui autem perdi
derit animam suam propter me & euangelium.

saluam eam faciet. Quid enim proderit homini
si lucretur mundum totum. & detrimentum faciet
animae suae. Aut quid dabit homo commutationis
pro anima sua.,

ca lxxvi ca xciiii lu xcvii

Qui enim me confessus fuerit. & mea uerba in generatione
ista, adultera. & peccatrice. & filius hominis confun
detur eum. Cum uenerit in gloria patris sui
cum angelis (suis) scis.,

ca lxxvii ca clxxii lu xcviii

Et dicebat illis; Amen dico uobis., quia sunt quidam
de hic stantibus qui non gustabunt mortem. donec
uideant regnum di uenientis in uirtute; & post dies sex
assumit ihs petrum & iacobum. & iohannem.
& ducit illos in montem excelsum seorsum solus.
& transfiguratus est coram ipsis; & uestimenta eius
facta sunt splendentia candida nimis uelut nix.
qualia fullo super terram non potest candida facere.,
& apparuit illis helias cum moyse. & erant loquentes
cum ihu; & respondens petrus ait ihu. rabbi.
bonum est hic nos esse; & faciamus tria tabernacula
tibi unum. & moysi unum. & heliae unum; Non enim
sciebat quid diceret., Erant enim timore exterriti;
& facta est nubes obumbrans eos., & uenit uox de nube
dicens; hic est filius meus karissimus. audite illum;
& statim circumspicientes. Neminem amplius
uiderunt nisi ihm tantum secum; & descendentibus

illis de monte. praecepit illis ne cui quae uidissent 77.
narrarent. nisi cum filius hominis.
a mortuis resurrexerit;
ch lxxxviii x Sol Et uerbum continuerunt apud se conquirentes
quid esset., cum a mortuis resurrexerit.,
ch lxxxviii v ch clxxiii Et interrogabant eum dicentes; quid ergo dicunt
pharisaei et scribae. quia heliam oportet primum
uenire., Qui respondens ait illis., helias cum uenerit
primo restituet omnia. Et quomodo scriptum
est in filium hominis ut multa patiatur. et con
temnatur., sed dico uobis. quia et helias uenit.
Et fecerunt illi quaecumque uoluerunt ,
sicut scriptum est de eo.,
ch xc x Sol Et ueniens ad discipulos suos. uidit turbam magnam
circa eos. et scribas conquirentes cum illis; et con
festim omnis populus uidens ihm stupefactus est
et expauerunt. et occurrentes salutabant eum.
Et interrogauit eos. quid inter uos conquiritis?
ch xci ii ch clxxiiii lc xcviii Et respondens unus de turba. dixit, magister.
attuli filium meum ad te habentem spiritum
mutum., qui ubicumque eum adprehenderit.
allidit eum. et spumat. et stridet dentibus
et arescit; et dixi discipulis tuis ut eicerent illum.
et non potuerunt.; qui respondens eis. dicit:,
O generatio incredula. quam diu apud uos ero.

quamdiu uos patiar. Adferte illum ad me;
Et adtulerunt eum; Et cum uidisset illum. statim sps
conturbauit eum. Et elisus in terra uolutabatur
spumans; Et interrogauit patrem eius; quantum
temporis est. ex quo hoc ei accidit. At ille ait;
ab infantia; Et frequenter eum et in ignem et in
aquas misit. ut eum perderet; sed si quid potes.
adiuua nos misertus nostri; Ihs autem. ait illi;
si potes credere. omnia sunt possibilia credenti; Et con
tinuo exclamans pater pueri. cum lacrimis. aiebat;
credo dne. adiuua incredulitatem meam; Et cum
uideret ihs concurrentem turbam. comminatus
est spiritui inmundo. dicens illi; surde et mute
spiritus. ego tibi praecipio exi ab eo. et amplius
ne introeas in eum; et Et clamans et multum
discerpens eum. exiit ab eo; Et factus est sicut
mortuus. ita ut multi dicerent. quia mortuus est;
Ihs autem tenens manum eius. eleuauit illum.
Et surrexit;

cħ xcii / x / Sol — ET cum introisset in domum. discipuli eius secreto
interrogabant eum; quare nos non potuimus
eicere eum. Et dixit illis; hoc genus in nullo potest
exire. nisi in oratione et ieiunio;

VIII / cħ xciii / cħ clxxvi / III / Luc I — ET INDE PROFECTI PRAETERGREDIE
bantur galileam. Nec uolebat quemquam scire;

docebat autem discipulos suos. & dicebat illis, quo 78.
filius hominis tradetur in manus hominum. & occi
dent eum. & occisus tertia die resurget. At illi
ignorabant uerbum. & timebant eum interrogare.
(ca xciiii x Sol.) Et uenerunt capharnaum. Qui cum domi essent.
interrogabat eos. quid in uia tractabatis.
(ca xcv ii ca lxxviii lc. cii) At illi tacebant. siquidem inter se in uia disputauerant,
quis esset illorum maior. & residens uocauit duodecim.
& ait illis, siquis uult primus esse. erit omnium
nouissimus. & omnium minister. & accipiens
puerum. statuit eum in medio eorum. quem cum
conplexus esset. ait illis. quisquis unum ex huius
modi pueris receperit in nomine meo. me recipit.
(ca xcvi i ca xcviii lc cxvi io cxc xl) Et quicumque me susceperit. non me suscipit.
sed eum qui me misit.

(ca xcvii viii lc ciii) Respondit illi iohannes dicens. magister uidimus
quendam in nomine tuo eicientem daemonia.
qui non sequitur nos. & prohibuimus eum.
Ihs autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est
enim qui faciat uirtutem in nomine meo. & possit
cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum
(ca xcviii vi ca c) Quisquis enim potum dederit uos. pro uobis est.
uobis calicem aquae in nomine meo. quia xpi estis.
Amen dico uobis. non perdet mercedem suam.

Mt xcviii II Mr clxxviii Lu cxcvii

Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis,
credentibus in me. bonum est ei magis si circumdaretur
mola asinaria collo eius. & in mare mitteretur.,

Mt c VI Mr clxxx

Et si scandalizauerit te manus tua. abscide illam.,
bonum est tibi debilem introire in uitam. quam duas
manus habentem ire in gehennam. in ignem inex
tinguibilem.,

Mr ci X Sol

Ubi uermis eorum non moritur. & ignis non extinguitur.,
& si pes tuus te scandalizat. amputa illum., bonum
est tibi claudum introire in uitam aeternam. quam
duos pedes habentem mitti in gehennam ignis
inextinguibilis., Ubi uermis eorum non moritur.
& ignis non extinguitur., Quod si oculus tuus
scandalizat te. eice eum. bonum est tibi luscum
introire in regnum di. quam duos oculos habentem
mitti in gehennam ignis. Ubi uermis eorum non
moritur. & ignis non extinguitur., Omnis enim
igne salietur. & omnis uictima sale salietur.

Mt cii II Mr xxxi Lu clxxxv

Bonum est sal. quod si sal insulsum fuerit in quo illud
condietis. habete in uobis salem. & pacem habete
inter uos.,

10 CII. Mt ciii VI Mr clxxxviii

Et inde exsurgens. uenit in fines iudeae ultra
Iordanen. & conueniunt iterum turbae ad eum.
& sicut consueuerat iterum docebat illos., & acce
dentes pharisaei interrogabant eum. si licet uiro
uxorem dimittere temptantes eu;

At ille respondens. dixit eis., quid uobis praecepit 79
moyses. Qui dixerunt; moyses permisit libellum
repudii scribere & dimittere., Quibus respon
dens ihs. ait, Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis
praeceptum istud; Ab initio autem creaturae
masculum & feminam fecit eos ds; propter hoc
relinquet homo patrem suum & matrem. & adhe
rebit ad uxorem suam. & erunt duo in carne una.,
Itaque iam non sunt duo. sed una caro; quod ergo
ds iunxit. homo non separet.

mr ciiii X Sol
Et in domo iterum discipuli eius. de eodem interro
gauerunt eum.,

mr cv II mt cxc lu ccxv
Et dicit illis, quicumque dimiserit uxorem suam
& aliam duxerit. adulterium committit super eam;
& si uxor dimiserit uirum suum. & alii nupserit
moechatur.,

mr cvi II mt cxcii lu ccxvi
Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos.,
discipuli autem comminabantur offerentibus.
quos cum uideret ihs indigne tulit. & ait illis.,
sinite paruulos uenire ad me. & ne prohibueritis
eos. talium est enim regnum di., Amen dico
uobis. quisquis non receperit regnum di uelut
paruulus. Non intrabit in illud., & conplexans
eos & inponens manus super illos. benedicebat eos;

mr cvii II mt cxciii lu ccxviii
Et cum egressus esset in uia. procurrens quidam

genuflexo ante eum rogabat eum dicens magister bone ,
quid faciam ut uitam aeternam percipiam ; Ihs autem
dixit ei ; quid me dicis bonum . nemo bonus nisi unus solus ds .
praecepta nosti . Ne adulteres . Ne occidas . ne fureris .
ne falsum testimonium dixeris . Ne fraudem feceris .,
honora patrem tuum & matrem .,
At ille respondens . ait illi , magister . haec omnia
obseruaui a iuuentute mea .,
Mc CVIII II Mt CXCIIII Lc CCXVIIII — Ihs autem intuitus eum dilexit eum . & dixit illi .
Unum tibi deest . Uade quaecumque habes uende
& da pauperibus . & habebis thesaurum in caelo .
& ueni sequere me .,
Mc CVIIII II Mt CXCV Lc CCXX — Qui contristatus in uerbo . abiit merens . erat enim
habens possessiones multas ., & circumspiciens ihs
ait discipulis suis . quam difficile qui pecunias
habent in regnum di introibunt . Discipuli autem
obstupescebant in uerbis eius ., At ihs rursus
respondens . ait illis , filioli . quam difficile est
confidentes in pecuniis in regnum di introire .,
facilius est camelum per foramen acus transire .
quam diuitem intrare in regnum di ., Qui magis
admirabantur dicentes ad semet ipsos , & quis
potest saluus fieri ., & intuens illos ihs ait .,
apud homines inpossibile est . sed non apud dm .,
Omnia enim possibilia sunt apud dm .,

& coepit petrus ei dicere. Ecce nos dimisimus
omnia & secuti sumus te.,

Mr cx II Mt cxcviii Lc cxxi
Respondens ihs ait; Amen dico uobis. Nemo est qui re
liquerit domum aut fratres aut sorores.
aut patrem. aut matrem. aut filios. aut agros.
propter me. & propter euangelium., qui non accipiet
centies tantum nunc in tempore hoc. domus
& fratres & sorores. & matres & filios & agros.
cum persecutionibus. & in saeculo futuro
uitam aeternam.,

Mr cxi II Mt cxcviiii Lc clxxiii
Multi autem erunt primi nouissimi. & nouissimi primi.,

VIIII
Mr cxii II Mt cci Lc ccxxii
ERANT AUTEM IN UIA ASCENDENTES
In hierusolymam. & praecedebat illos ihs; & stupe
bant & sequentes timebant., & assumens iterum
duodecim. coepit illis dicere quae essent ei euentura.;
Quia ecce ascendimus hierusolymam. & filius
hominis tradetur principibus sacerdotum.
& scribis. & senioribus. & damnabunt eum
morte. & tradent eum gentibus & inludent ei.
& conspuent eum. & flagellabunt eum. & inter
ficient eum; & tertia die resurget.,

Mr cxiii VI Mt ccii
Et accedunt ad eum iacobus & iohannes filii
zebedaei dicentes.; magister uolumus ut quod
cumque petierimus facias nobis; at ille dixit eis;
quid uultis ut faciam uobis. & dixerunt;

Da nobis ut unus ad dexteram tuam . & alius ad
sinistram tuam . sedeamus in gloria tua ; Ihs autem
ait eis ; Nescitis quid petatis ; potestis bibere calicem
quem ego bibo aut baptismum quo ego baptizor
baptizari ; At illi dixerunt ei ; possumus ; Ihs autem
ait eis ; Calicem quidem quem ego bibo bibetis .
& baptismum quo ego baptizor baptizabimini .
sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram
Non est meum dare uobis . sed quibus paratum est ;

mr cxiiii II mt cciii lc cclxx
Et audientes decem coeperunt indignari de Iacobo
& Iohanne . Ihs autem uocans eos . ait illis ; scitis
quia hi qui uidentur principari gentibus
dominantur eis . & principes eorum potestatem
habent ipsorum . Non ita est autem in uobis ;
sed quicumque uoluerit maior fieri . erit uester
minister ; & quicumque uoluerit in uobis primus
esse . erit omnium seruus . ;

mr cxv IIII mt cciiii io cxxxv
Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur ei .
sed ut ministraret . & daret animam suam .
redemptionem pro multis ;

mr cxvi II mt ccv lc ccxxiiii
Et ueniunt in hiericho . & proficiscente eo de hiericho
& discipulis eius . & plurima multitudine . filius
timaei barthimeus caecus sedebat iuxta uiam
mendicans . Qui cum audisset quia ihs nazarenus est .
coepit clamare & dicere ; fili dauid ihu miserere

mei. & comminabantur ei multi ut taceret. 81.
At ille multo magis clamabat; fili dauid.
miserere mei., & stans ihs praecepit illum uocari.
& uocant caecum dicentes ei; animae quior esto
surge uocat te., qui proiecto uestimento suo.
exiliens uenit ad eum., & respondens ihs dixit illi;
quid uis tibi faciam. Caecus autem dixit ei.,
rabboni. ut uideam, ihs autem ait illi, uade
fides tua te saluum fecit. & confestim uidit
& sequebatur eum in uia.,
cĥ cxvii ch ccvi lc ccxxvii Et cum adpropinquarent hierusolymae & bethaniae XI. CA
ad montem oliuarum., mittit duos ex discipulis
suis. & ait illis; Ite in castellum quod est contra
uos. & statim introeuntes illuc. inuenietis pullum
ligatum. super quem nemo adhuc hominum
sedit., soluite illum & adducite; & si quis uobis
dixerit quid facitis. dicite quia dno necessarius
est., & continuo illum dimittet huc.,
cĥ cxviii ch ccviii lc ccxxxiii Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante
ianuam foris in biuio. & soluunt eum., & quidam
de illic stantibus. dicebant illis; quid facitis
soluentes pullum; qui dixerunt eis. sicut praece
perat illis ihs. & dimiserunt eis., & duxerunt
pullum ad ihm. & inponunt [ponentes] illi uestimenta sua
& sedit super eum., multi autem uestimenta sua

strauerunt inuia, Alii autem frondes cedebant
dearboribus & sternebant inuia.

MR CXVIIII
MT CCVIIII
LUC CCXXVIIII
IO C.

Et quae praeibant & qui sequebantur clamabant
dicentes, Osanna benedictus qui uenit innomine
dñi. benedictum quod uenit regnum patris
nostri dauid. Osanna inexcelsis.

MR CXX
MT CCXIIII

Et introiuit hierusolymam intemplum. & circum
spectis omnibus. Cum iam uespere esset hora.
exiuit inbethaniam cum duodecim. & alia
die cum exirent abethania. esurit, Cumque
uidisset alonge ficum habentem folia. uenit
si quid forte inueniret inea. & cum uenisset
adeam. nihil inuenit praeter folia, Non enim erat
tempus ficorum, & respondens. dixit ei, Iam
non amplius in aeternum quisquam fructum
exte manducet. & audiebant discipuli eius.

MR CXXI
MT CCXI
LUC CCXXVIII
IO XXI

Et ueniunt hierusolymam & cum introisset templū.
coepit eicere uendentes & ementes intemplo.
& mensas nummulariorum. & cathedras
uendentium columbas euertit, & non sinebat
ut quisquam transferret uas per templum.
& docebat dicens eis, Non ne scriptum est. quia
domus mea. domus orationis uocabitur.
omnibus gentibus, Uos autem fecistis eam
speluncam latronum.

Mr cxxii I mt ccxx lu ccxxxviii io lxxv Quo audito principes sacerdotum & scribae.
quaerebant quomodo eum perderent. timebant
enim eum. quo uniuersa turba admirabatur
super doctrina eius.

Mr cxxiii X Sol. Et cum uespera facta esset. egrediebatur de ciuitate.
& cum mane transirent. uiderunt ficum aridā
factam a radicibus. & recordatus est petrus.
dixit ei rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit.

Mr cxxiiii VI mt cc xv Et respondens ihs. ait illis, habete fidem dī.
Amen dico uobis. quia quicumque dixerit huic
monti tollere & mittere in mare. & non haesita
uerit in corde suo. sed crediderit quia quodcum
que dixerit fiat. fiet ei.

Mr cxxv IIII mt ccxvi io cl lu cxxxvii Propterea dico uobis. Omnia quaecumque
orantes petitis. credite quia accipietis.
& eueniet uobis.

Mr cxxvi VI mt xliiii Et cum stabitis ad orandum dimittite. si quid habetis
aduersus aliquem. ut & pater uester qui in caelis
est dimittat uobis peccata uestra; quod si uos
non dimiseritis. Nec pater uester qui in caelis est
dimittet uobis peccata uestra.

X Mr cxxvii II mt ccxvii lu cc xl ET UENIUNT RURSUS HIERUSOLYMAM.
& cum ambularet in templo accedunt ad eum.
summi sacerdotes & scribae & seniores. & dicunt illi.
In qua potestate haec facis. & quis dedit tibi

hanc potestatem ut ista facis. ihs autem respondens
ait illis. Interrogabo uos & ego unum uerbum.
& respondete mihi. & dicam uobis In qua potestate
haec faciam. baptismum iohannis de caelo erat
an ex hominibus. respondete mihi. at illi cogita
bant secum dicentes. si dixerimus de caelo. dic& [nob]
quare ergo non credidistis ei. sed dicemus ex homi
nibus. timebant populum. Omnes enim habebant
iohannem. quia uere proph&a ess&. & respon
dentes dicunt [dixerunt ad] ihm nescimus. & respondens ihs
ait illis. Neque ego dico uobis. In qua potestate haec faciam.
Z·cxi dt cxxviii dh ccxviii lc ccxli Et coepit illis In parabolis loqui.
Uineam pastinauit homo. & circumdedit sepem.
& fodit lacum. & aedificauit turrem. & locauit
eam agricolis & peregre profectus est. & misit ad
agricolas In tempore seruum. ut ab agricolis
acciper& de fructu uineae. qui adprehensum
eum ceciderunt. & dimiserunt uacuum.
& iterum misit ad illos alium seruum. & illum in
capite uulnerauerunt. & contumeliis adfecerunt.
& rursum alium misit & illum occiderunt.
& plures alios quosdam cedentes. alios uero
occidentes. adhuc ergo unum habens filium
carissimum. & illum misit ad eos nouissimum
dicens. quia reuerebuntur filium meum.

Coloni autem dixerunt ad inuicem; hic est heres. 83
uenite occidamus eum . & nostra erit hereditas.
& adprehendentes eum occiderunt . & eiecerunt
extra uineam; quid ergo faciet dominus uineae .
ueniet & perdet colonos & dabit uineam aliis.
Nec scripturam hanc legistis; lapidem quem repro
bauerunt aedificantes. hic factus est in caput
anguli . a dn̄o factum est istud . & est mirabile
in oculis nostris.
ch cxxviiii ch ccxx lc ccxlii io lxxxviii Et quaerebant eum tenere . & timuerunt turbam .
Cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit .
ch cxxx ch ccxxiii lc ccxliii Et mittunt ad eum quosdam ex | & relicto eo abierunt .
pharisaeis & herodianis ut eum caperent
in uerbo . qui uenientes dicunt ei; magister . scimus
quia uerax es & non curas de quemquam . nec
enim uides in faciem hominum . sed in ueritate
uiam dī doces; licet dari tributum caesari . an non .
dabimus . qui sciens uersutiam eorum . ait illis.
Quid me temptatis . adferte mihi denarium
ut uideam . at illi . adtulerunt ei . & ait illis, cuius est
imago haec & inscriptio . dicunt illi caesaris.
Respondens autem ihs̄ dixit illis; Reddite igitur
quae sunt caesaris caesari . & quae sunt dī deo .
& mirabantur super eo; & ue nerunt ad eum
sadducaei . qui dicunt resurrectionem non esse .

& interrogabant eum dicentes; magister. moyses
nobis scripsit. Ut si cuius frater mortuus fuerit.
& demiserit uxorem & filios non reliquerit.
Accipi& frater eius uxorem ipsius. & resuscit&
semen fratri suo., septem ergo fratres erant.
& primus accepit uxorem & mortuus est. non re
licto semine., & secundus accepit eam & mortuus est;
& nec iste reliquit semen. & tertius similiter.
& acceperunt eam similiter septem. & non relique
runt semen. Nouissima omnium defuncta est
& mulier., In resurrectione ergo cum resurrex
erint. Cuius de his erit uxor., septem enim habuerunt
eam uxorem., & respondens ihs ait illis., Nonne
ideo erratis non scientes scripturas. Neque uirtutem
di., Cum enim a mortuis resurrexerint. neque
nubent. Neque nubentur., sed sunt sicut angeli
in caelis., De mortuis autem quod resurgant.
Non legistis in libro moysi super rubum; quomodo
dixerit illi ds inquiens. Ego sum ds abraham.
& ds isaac. & ds iacob. Non est ds mortuorum
sed uiuorum., Uos ergo multum erratis.,

cap cxxxi VI cap ccxxiiii
Et accessit unus de scribis. qui audierat illos conqui
rentes. & uidens quo bene illis responderit.,
Interrogauit eum quod ess& primum omnium
mandatum., Ihs autem respondit ei. quia primum

 84

omnium mandatum est., Audi israhel. dns ds
noster ds unus est., Et diliges dnm dm tuum.
ex toto corde tuo. Et ex tota anima tua. Et ex tota
mente tua. Et ex tota uirtute tua., hoc est primum
mandatum., secundum autem. simile est illi.,
Diliges proximum tuum. tamquam te ipsum,
Maius horum aliud mandatum non est,
cl cxxxii Sol. Et ait illi scriba., bene magister. In ueritate dixisti.,
quia unus est. Et non est alius praeter eum. Et ut
diligatur ex toto corde. Et ex toto intellectu. Et ex
tota anima. Et ex tota fortitudine. Et diligere
proximum tamquam se ipsum., Maius est omnibus
holocaustomatibus. Et sacrificiis., Ihs autem
uidens quod sapienter respondisset. dixit illi.,
Non es longe. a regno di.,
cl cxxxiii cl cclxvi lc cxliiii Et nemo iam audebat eum interrogare.,
cl cxxxiiii cl ccxxv lc cclv Et respondens ihs dicebat docens in templo. quomodo
dicunt scribae xpm filium esse dauid. ipse enim
dauid dicit in spu sco; Dixit dns dno meo. sede
a dextris meis., Donec ponam inimicos tuos.
scabellum pedum tuorum., Ipse ergo dauid dicit
eum dnm. Et unde est filius eius; Et multa turba
eum libenter audiuit,
cl cxxxv cl ccxxviii lc cclvi Et cxxxvii Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis
qui uolunt in stolis ambulare. Et salutari in foro.

& in primis cathedris sedere in synagogis.
& primos discubitos in caenis.
mt cxxxvi viii lc ccxlvii Qui deuorant domos uiduarum sub obtentu prolixae
orationis. hi accipient prolixius iudicium;
& sedens ihs contra gazophilacium. aspiciebat
quomodo turba iactar& aes in gazophilacium;
& multi diuites iactabant multa, Cum uenisse&
autem una uidua pauper misit duo minuta quod est
quadrans; & conuocans discipulos suos ait illis,
amen dico uobis. quo uidua haec pauper plus
omnibus misit qui miserunt in gazophilacium,
Omnes enim ex eo quod habundabat illis miserunt.
haec uero de paenuria sua. omnia quae habuit.
misit totum uictum suum.
mt cxxxvii ii mt ccxlii lc ccxxxvii io ccxlviii Et cum egrederetur de templo. ait illi unus ex disci
pulis suis; magister. aspice quales lapides & quales
structurae; & respondens ihs ait illi; uides has
omnes magnas aedificationes. Non relinquetur
lapis super lapidem. qui non destruatur.;
XI mt cxxxviii ii mt ccxliii lc ccxlviii ET CUM SEDERET IN MONTE OLIUARUM
contra templum. & interrogabant eum separatim
petrus & iacobus & iohannes & andreas;
dic nobis quando ista fient. & quod signum erit
quando haec omnia incipient consummari;
& respondens ihs. coepit dicere illis; uidete ne quis

uos seducat; Multi enim uenient in nomine meo 85.
dicentes quia ego sum. & multos seducent;
Cum audieritis autem bella & opiniones bellorum.
Ne timueritis; Oportet enim fieri. sed non dum
finis; Exsurget autem gens super gentem.
& regnum super regnum; & erunt terrae motus
per loca & fames. Initium dolorum haec;
Videte autem uos met ipsos; tradent enim uos
In conciliis. & in synagogis uapulabitis. & ante
praesides & reges stabitis propter me.
In testimonium illis;
Et in omnes gentes. primum oportet praedicari
euangelium;
Et cum duxerint uos tradentes. nolite praecogitare
quid loquamini. sed quod datum uobis fuerit
In illa hora. id loquimini; Non enim estis uos
loquentes. sed sps scs; Tradet autem frater fratrem
In mortem. & pater filium; & consurgent filii
In parentes. & morte adficient eos; & eritis
odio omnibus. propter nomen meum; Qui autem
sustinuerit in finem. hic saluus erit;
Cum autem uideritis abhominationem desolati
onis stantem. ubi non debet; qui legit intellegat;
Tunc qui in iudaea sunt
fugiant in montes. & qui super tectum.

nedescendat indomum . nec introeat ut tollat
quiddedomo sua . & qui inagro erit nonreuertatur
retro tollere uestimentum suum .

R mr cxliiii II mt ccxlviiii lu ccliiii
Vae autem praegnantibus & nutrientibus inillis diebus ;

R mr cxlv VI mt ccl
Orate uero ut hieme nonfiant .,

R mr cxlvi II mt ccli lu cclv
Erunt enim dies illi tribulationes tales . quales
nonfuerunt abinitio creaturae quam condidit
ds . usque nunc neque fient ,

R mr cxlvii VI mt cclii
Et nisi breuiasset dns dies . nonfuisset salua omnis
caro . sedpropter electos quos elegit breuiauit dies .,

R mr cxlviii II mt ccliii lu ccliiii
Et tunc siquis uobis dixerit . ecce hic est xps . ecce illic

R mr cxlviiii VI mt ccliiii
Exsurgent enim pseudo xpi . L Necredideritis .,
& pseudoprophetae . & dabunt signa & portenta
adseducendos . sipotest fieri etiam electos
uos ergo uidete , ecce praedixi uobis

R mr cl II mt cclviii lu cclvii
Sed inillis diebus . L omnia .,
post tribulationem illam . sol contenebrabitur .
& luna nondabit splendorem suum ; & stellae
caeli erunt decidentes . & uirtutes quae sunt
incaelis mouebuntur .,

R mr cli II mt cclviiii lu cclviii
Et tunc uidebunt filium hominis uenientem
innubibus cum uirtute multa . & gloria . & tunc
mittet angelos suos . & congregabit electos suos
aquattuor uentis . asummo terrae usque
adsummum caeli ; afficu autem discite parabolam .

Cum iam ramus eius tener fuerit. & nata fuerint 86.
folia cognoscitis quia in proximo sit aestas;
sic & uos cum uideritis haec fieri. scitote quod
in proximo sit in ostiis; amen dico uobis.
quo non transibit generatio haec. donec omnia
ista fiant., Caelum & terra transibunt,
uerba autem mea non transibunt.,
mr clii VI mt cclx De die autem illa uel hora nemo scit. neque angeli
in caelo. neque filius. nisi pater.,
mr cliii VI mt cclxiii Videte uigilate & orate. nescitis enim quando tempus sit;
mr cliiii II mt cclxxiiii lu ccxxviii Sicut homo qui peregre profectus est reliquit domum
suam. & dedit seruis suis potestatem cuiusque
operis. & ianitori praecipiat ut uigilaret.
mr clv II mt cclxiiii lu clvi Vigilate ergo. nescitis enim quando dominus
domus ueniat. sero. an media nocte. an galli cantu.
an mane. ne cum uenerit repente inueniat uos
dormientes., Quod autem uobis dico.
omnibus dico uigilate.,
XII mr clvi I mt cclxxiiii lu cclx io xlviii ERAT AUTEM PASCHA ET AZIMA
post biduum., XV. CA
mr clvii VI mt cclxxv Et quaerebant summi sacerdotes & scribae.
quomodo eum (ihm) dolo tenerent & occiderent.,
Dicebant enim; non in die festo. ne forte
tumultus fieret populi.,
mr clviii I mt cclxxvi lu lxxiiii io xcviii Et cum esset bethaniae in domo symonis leprosi.

&recumberet; uenit mulier habens alabastrum
unguenti. nardi spicati praetiosi, & fracto alabastro
effudit super caput eius; Erant autem quidam
Indigne ferentes Intra semet ipsos. & dicentes,
Ut quid perditio ista unguenti facta est. poterat
enim unguentum istud uenundari plusquam
trecentis denariis. & dari pauperibus, & freme
bant In eam; ihs autem dixit. sinite eam, quid illi
molesti estis. bonum opus operata est In me,
semper enim pauperes habetis uobiscum. & cum
uolueritis potestis illis benefacere. Me autem
non semper habetis.

MR CLVIIII IIII MT CCLXXVII LO XCVIII Quod habuit haec fecit, praeuenit unguere corpus meum
In sepultura; Amen dico uobis. Ubicumque praedi
catum fuerit euangelium istud In uniuerso mundo.
& quod haec fecit narrabitur In memoriam eius.

MR CLX II MT CCLXXVIII LU CCLXIII Et iudas scariothis. unus de duodecim. abiit ad summos
sacerdotes ut proderet eum illis; qui audientes
gauisi sunt. & promiserunt ei pecuniam se daturos;
& quaerebat quomodo illum oportune traderet.
& primo die azimorum quando pascha immolabant.
dicunt ei discipuli; quo uis eamus & paremus tibi
ut manduces pascha; & mittit duos ex discipulis
suis. & dicit eis. Ite In ciuitatem & occurret uobis
homo laguenam aquae baiolans. sequimini eum,

& quocumque introierit · dicite dño domus · quia 87·
magister dicit; ubi est refectio mea · ubi pascha
cum discipulis meis manducem; & ipse uobis
demonstrauit caenaculum grande stratum;
& illic parate nobis; & abierunt discipuli eius ·
& uenerunt in ciuitatem; & inuenerunt sicut
dixerat illis · & praeparauerunt pascha ·,
Vespere autem facto · uenit cum duodecim; & discum
bentibus eis & manducantibus · ait ihs; amen dico
uobis · quia unus ex uobis me tradet · qui manducat
mecum ·,
At illi coeperunt contristari · & dicere ei
singillatim; num quid ego ·
Qui ait illis; unus ex duodecim · qui intingit mecum manu ·
in catino; & filius quidem hominis uadit · sicut
scriptum est de eo; uae autem homini illi · per quem
filius hominis tradetur ·,
Bonum erat ei · si non esset natus homo ille ·,
Et manducantibus illis · accepit ihs panem · & bene
dicens · fregit · & dedit eis · & ait · sumite · hoc est
corpus meum ·,
Et accepto calice · gratias agens · dedit eis; & biberunt
ex illo omnes; & ait illis; hic est sanguis meus
noui testamenti · qui pro multis effundetur ·,
amen dico uobis · quod iam non bibam de genimine

uitis. usque in diem illum cum illud bibam nouum in regno dei.

ch clxvii / ch cclxxxvi — Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum.

ch clxviii / ch cclxxxvii / io clii — Et ait eis ihs. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista.

ch clxviiii / ch cclxxxviii — Quia scriptum est percutiam pastorem et dispergentur oues. sed postea quam resurrexero praecedam uos in galileam.

ch clxx / ch cclxxxviiii / lu cclxxv / io cxxvi — Petrus autem ait ei. et si omnes scandalizati fuerint sed non ego. Et ait illi ihs. Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit ter me es negaturus.

ch clxxi / ch ccxc — At ille amplius loquebatur. et si oportuerit me simul commori tibi non te negabo. similiter autem et omnes dicebant.

ch clxxii / ch ccxci / lu cclxxviii / io clvi — Et ueniunt in praedium cui nomen gethsemani.

ch clxxiii / ch ccxcii — Et ait discipulis suis sedete hic donec orem. Et adsumit petrum et iacobum et iohannem secum. et coepit pauere et taedere.

ch clxxiiii / ch ccxciii / io cvii — Et ait illis. tristis est anima mea usque ad mortem. sustinete hic et uigilate.

ch clxxv / ch ccxciiii / lu cclxxxi / io clxi — Et cum processisset paulum procidit super terram et orabat. ut si fieri posset transiret ab eo hora. et dixit. abba pater. Omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc a me.

ch clxxvi / ch ccxcv / lu cclxxxii — Sed non quod ego uolo sed quod tu. Et uenit et inuenit eos dormientes. et ait petro. simon dormis. non potuisti

una hora uigilare.,

mt clxxvii / II mr ccxcvi / lc cclxxx / & cclxxxiiii
Vigilate & orate. Ut non intretis in temptationem. 88

mt clxxviii / IIII mr ccxcvii / lc lxx
Sps quidem promptus e. caro uero infirma.,

mt clxxviiii / VI mr ccxcviii
Et iterum abiens orauit eundem sermonem dicens;
& reuersus denuo. inuenit eos dormientes, erant
enim oculi illorum grauati. & ignorabant.
quid responderent ei,

mt clxxx / IIII mr ccxcviiii / io ciii
Et uenit tertio & ait illis; dormite iam. & requiescite.,
sufficit; uenit hora. ecce tradetur filius hominis
in manus peccatorum, surgite eamus. ecce qui me
tradet prope est,..

mt clxxxi / I mr ccc / lc cclxxxv / io clviii
Et adhuc eo loquente. Uenit iudas scarioth unus
ex duodecim. & cum illo turba cum gladiis
& lignis. a summis sacerdotibus & scribis & senioribus.,

mt clxxxii / II mr ccci / lc cclxxxvi
Dederat autem traditor eius signum eis dicens.,
Quemcumque osculatus fuero. ipse est, tenete eum.,
& ducite caute; & cum uenisset statim accedens
ad eum. ait, rabbi. & osculatus est eum., At illi manus
iniecerunt in eum. & tenuerunt eum,

mt clxxxiii / I mr cccii / lc cclxxxvii / io clx
Unus autem quidam de circumstantibus educens
gladium. percussit seruum summi sacerdotis.
& amputauit illi auriculam.,

mt clxxxiiii / I mr ccciiii / lc cclxxxviiii / io clxx
Et respondens ihs ait illis., Tamquam ad latronem
existis cum gladiis & lignis conprehendere me.
Cotidie eram apud uos in templo docens. & non me

tenuistis. sed ut adimpleantur scripturae,
Mr clxxxv VI Mt cccv Tunc discipuli eius relinquentes eum: omnes fugerunt, .
Mr clxxxvi X Sol Adulescens autem quidam sequebatur eum amictus
sindone super nudo & tenuerunt eum, at ille reiecto
sindone, nudus profugit ab eis,
Mr clxxxvii Mt cccvi Lu ccxc Io clxii Et adduxerunt ihm ad summum sacerdotem, & con
uenerunt omnes sacerdotes & scribae & seniores,
Mr clxxxviii IIII Mt cccvii Io clxiiii Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atriū
summi sacerdotis, & sedebat cum ministris.
& calefaciebat se ad ignem.
Mr clxxxviiii II Mt cccviii Lu cccv. Summi uero sacerdotes & omne concilium: quaerebant
aduersus ihm testimonium ut eum morti traderent.
nec inueniebant, multi enim testimonium
falsum dicebant aduersus eum. & conuenientia
testimonia non erant,
Mr cxc VI Mt cccviiii Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant
aduersus eum dicentes; quoniam nos audiuimus eum
dicentem; ego dissoluam templum hoc manufactū.
& per triduum aliud non manufactum aedificabo,
& non erat conueniens testimonium illorum;
XIII ET EXSURGENS SUMMUS SACERDOS
in medium interrogauit ihm dicens; non respondes
quicquam ad ea quae tibi obiciuntur ab his.
ille autem tacebat & nihil respondit; rursum summus
sacerdos interrogabat eum & dixit ei, tu es xps

filius d(e)i benedicti.

Ih(esu)s autem dixit illi; ego sum; & uidebitis filium hominis a dextris sedentem uirtutis. & uenientem cum nubibus caeli,,

Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait, Quid adhuc desideramus testes. audistis blasphemiam quid uobis uid&ur. Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis,,

Et coeperunt quidam conspuere eum, & uelare faciem eius & colaphis eum cedere. & dicere ei; proph&iza, & ministri alapis eum cedebant,

Et cum ess& p&rus in atrio deorsum uenit una ex ancillis summi sacerdotis, & cum uidiss& p&rum calefacientem se. aspiciens illum ait, & tu cum ih(es)u nazareno eras, At ille negauit dicens, Neque scio neque noui quid dicas.,

Et exiit foras ante atrium & gallus cantauit., Rursus autem cum uidiss& illum ancilla. coepit dicere circumstantibus. quia hic ex illis est, At ille iterum negauit, & post pusillum rursus qui adstabant dicebant p&ro, Uere ex illis es. Nam & galileus es., ille autem coepit anathematizare & iurare quia nescio hominem istum quem dicitis; & statim iterum gallus cantauit.,

Et recordatus est p&rus uerbi quod dixerat ei ih(esu)s.

89.

priusquam gallus cantet bis. ter me negabis.
Et coepit flere.

mt cxcviii mt cccxvii lu ccxcv — Et confestim mane consilium facientes summi
sacerdotes cum senioribus et scribis. et universo
concilio.

mt cxcviii mt cccxviii lu ccc io clxxvi — Vincientes ihm duxerunt et tradiderunt pilato.
Et interrogavit eum pilatus. tu es rex iudaeorum?

mt cc mt cccxx lu ccci — Et ille respondens ait illi. tu dicis.

mt cci mt cccxxi io clxxx — Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.
pilatus autem rursum interrogavit eum dicens.
Non respondes quicquam. vide in quantis te
accusant. ihs autem amplius nihil respondit.
ita ut miraretur pilatus.

mt ccii mt cccxxii lu cccviii — Per diem autem festum dimittere solebat illis
unum ex vinctis. quemcumque petissent.

mt cciii mt cccxxiii io clxxxiii — Erat autem qui dicebatur barabbas. qui cum seditio
sis erat vinctus. qui in seditione fecerat homicidium.
Et cum ascendisset turba. coepit rogare sicut
semper faciebat illis. pilatus autem respondit eis.
Et dixit. vultis dimittam vobis regem iudaeorum?
sciebat enim. quod per invidiam tradidissent eum
summi sacerdotes.

mt cciiii mt cccxxv lu cccx io clxxxiiii — Pontifices autem concitaverunt turbam.
Ut magis barabban dimitteret.

mt ccv mt cccxxvi lu cccxi io clxxxviii io cxciiii — Pilatus autem iterum respondens ait illis.

quid ergo uultis faciam regi iudaeorum. At illi iterum 90
clamauerunt. crucifige eum; Pilatus uero dicebat
eis. quid enim mali fecit. At illi magis clamabant;
c crucifige eum.
mr ccvi I mt cccxxviii lc cccxiiii io cxcvi Pilatus autem uolens populo satis facere. dimisit
illis barabban. & tradidit ihm flagellis caesum.
ut crucifigeretur.
mr ccvii IIII mt cccxxviiii io clxxxv Milites autem duxerunt eum intro in atrium prae
torii, & conuocant totam cohortem. & induunt
eum purpura. & inponunt ei plectentes
spineam coronam, & coeperunt salutare eum.
aue rex iudaeorum; & percutiebant caput eius
harundine. & conspuebant eum, & ponentes
genua adorabant eum.
mr ccviii VI mt cccxxx Et postquam inluserunt ei exuerunt illum
purpura. & induerunt illum uestimentis suis.
& educunt illum ut crucifigerent eum.
mr ccviiii I mt cccxxxi lc cccxv io cxcvii Et angariauerunt praetereuntem quempiam
symonem cyreneum uenientem de uilla.
patrem alexandri & rufi. ut tolleret crucem eius.
mr ccx I mt cccxxxii lc cccxviii io cxcvii Et perducunt illum in golgotha locum. quod est
interpretatum caluariae locus.
mr ccxi IIII mt cccxxxiii io cciii Et dabant ei bibere murratum uinum.
& non accepit.
mr ccxii I mt cccxxxiiii lc ccxxi io cci. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius.

mittentes sortem super eis quis quid tolleret.

Mr ccxiii X Sol — Erat autem hora tertia et crucifixerunt eum.

Mr ccxiiii I Mt cccxxxv Luc cccxxiiii Io cxcviiii — Et erat titulus causae eius inscriptus rex
iudaeorum.

Mr ccxv I Mt cccxxxvi Luc cccxviiii Io cxcviii — Et cum eo crucifigunt duos latrones. unum a dextris
et alium a sinistris eius.

Mr ccxvi VIII L. cclxxvii — Et adimpleta est scriptura quae dicit. Et cum
iniquis reputatus est.

Mr ccxvii VI Mt cccxxxvii — Et praetereuntes blasphemabant eum moventes
capita sua et dicentes. ua. qui destruit templum
et in tribus diebus aedificat. saluum fac temet ipsum
c descendens de cruce.

Mr ccxviii II Mt cccxxxviii Luc cccxxii — Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alte-
rutrum cum scribis dicebant. alios saluos fecit
seipsum non potest saluum facere. xps rex isrl
descendat nunc de cruce ut uideamus et credamus.

Mr ccxviiii II Mt cccxxxviiii Luc cccxxv — Et qui cum eo crucifixerant. conuitiabantur ei.

Mr ccxx II Mt cccxl Luc cccxxvii — Et facta hora sexta tenebrae factae sunt per totam
terram usque in horam nonam.

Mr ccxxi II Mt cccxli — Et hora nona exclamauit ihs uoce magna dicens.
heloi. heloi. lema sabactani. quod est inter
pretatum. ds meus. ds meus. ut quid dereliquisti
me. Et quidam de circumstantibus audientes
dicebant. ecce heliam uocat.

Mr ccxxii II Mt cccxlii Luc cccxxiiii — Currens autem unus et implens spongiam aceto.

circum ponensque calamo potum dabat ei dicens . 91
Mr ccxxiii I Mt cccxliii Lc cccxxviiii Io cciiii sinite . uideamus si ueniat helias ad deponen dū eū .
Ihs autem emissa uoce magna exspirauit
Mr ccxxiiii II Mt cccxliiii Lc cccxxviii Et uelum templi scissum est in duo a sum mo
usque deorsum .
Mr ccxxv II Mt cccxlvi Lc cccxxx Videns autem centurio qui ex aduerso stabat
quia sic clamans exspirass& ait ; uere homo hic
filius di erat ,
Mr ccxxvi VI Mt cccxlvii Erant autem ibi mulieres de longe aspicientes ;
Inter quas erat maria magdalenae . & maria
Iacobi minoris . & ioseph mater & salome .
& cum ess& in galilea sequebantur eum & mi
nistrabant ei , & aliae multae quae simul cum eo
ascenderant in ierusolimam .
Mr ccxxvii I Mt cccxlviii Lc cccxxxii Io ccvi Et cum iam sero ess& factum quia erat parasceue
quod est ante sabbatum . uenit ioseph ab ari
mathia nobilis decurio . qui & ipse erat
exspectans regnum di ; & audacter introiit
ad pilatum . & pet(iit) corpus ihu ; pilatus autem
mirabatur si iam obiss& ; & accersito centurione
interrogauit eum . si iam mortuus ess& , & cum
cognouiss& a centurione . donauit corpus ioseph .
Mr ccxxviii I Mt cccxlviiii Lc cccxxxiii Io ccviii Ioseph autem mercatus sindonem & deponens
eum inuoluit sindone , & posuit eum in monu
mento . quod erat excisum de petra . & aduoluit

lapidem ad ostium monumenti;
Mt ccxxviiii VI Mt cccl Maria autem magdalenae & maria ioseph
aspiciebant ubi poneretur
Mt ccxxx VIII Lc cccxxxv Et cum transisset sabbatum maria magdalenae
& maria iacobi & salomae emerunt aromata
ut uenientes unguerent eum;
Mt ccxxxi I Mt cccLii Lc cccxxxvi Io ccviiii Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad
monumentum orto iam sole; & dicebant ad in
uicem; quis reuoluet nobis lapidem ab ostio
monumenti & respicientes uiderunt reuo
lutum lapidem erat quippe magnus ualde;
& introeuntes in monumentum uiderunt
iuuenem sedentem in dextris coopertum
stola candida & obstipuerunt;
Mt ccxxxii II Mt cccLiii Lc cccxxxvii Qui dicit illis; Nolite expaues
cere; ihm quaeritis nazarenum crucifixum;
surrexit non est hic; ecce locus ubi posuerunt
eum; sed ite dicite discipulis eius & petro quia
praecedit uos in galileam; ibi eum uidebitis
sicut dixit uobis;
Mt ccxxxiii II Mt cccLiiii Lc cccxxxviii At illae exeuntes fugerunt de monumento
inuaserat enim eos pauor & tremor. & nemini
quicquam dixerunt, timebant enim; surgens
autem ihs mane prima sabbati apparuit primo
mariae magdalenae de qua eiecerat septem

daemonia; illa uadens nuntiauit his qui cum eo 92
fuerant. lugentibus & flentibus; & illi audientes
quia uiueret & uisus esset ab ea non crediderunt.,
M ccxxxiiii viii L cccxl Post haec autem duobus ex eis ambulantibus
ostensus est in alia effigie euntibus in uillam.
& illi euntes nuntiauerunt ceteris; nec illis
crediderunt..

M ccxxxv x Sol Nouissime recumbentibus illis undecim. apparuit
& exprobrauit incredulitatem illorum. & duri
tiam cordis; quia his qui uiderant eum resurrex
isse. non crediderunt; & dixit eis; Euntes
in mundum uniuersum. praedicate euangelium
omni creaturae; qui crediderit & baptizatus
fuerit. saluus erit; Qui uero non crediderit.
Condemnabitur; signa autem eos qui credide
rint. haec sequentur; in nomine meo. daemonia
eicient. linguis loquentur nouis. serpentes
tollent; & si mortiferum quid biberint. non eos
nocebit; super egros manus imponent. & bene
habebunt; & dns quidem ihs postquam locutus est
eis. adsumptus est in caelum. & sedit a dextris di;
illi autem profecti. praedicauerunt ubique
dno cooperante & sermonem confirmante.
sequentibus signis;

Explicit euangelium secd marc

INCIPIT ARGUMENTUM

Lucas syrus anthiocensis arte medicus discipulus apostolorum postea paulum secutus usque ad confessionem (passionem) eius seruiens dno sine crimine. Nam neque uxorem umquam habens neque filios. lxx.iiii. annorum obiit in bithinia. plenus spu sco. qui cum iam scripta essent euangelia per mattheum quidem in iudaea per marcum autem in italia sco instigante spu in achaiae partibus hoc scripsit euangelium., significans etiam ipse in principio ante alia esse descripta. Cui extra ea quae ordo euangelicae dispositionis exposcit. ea maxime necessitas laboris fuit. Ut primum grecis fidelibus omni prophetatione uenturi in carnem di xpi manifesta humanitas. Ne iudaicis fabulis attenti in solo legis desiderio tenerentur. Neue hereticis fabulis et stultis sollicitationibus seducti exciderent a ueritate elaboraret. dehinc ut in principio euangelii iohannis natiuitate praesumpta. Cui euangelium scriberet et in quo electus scriberet indicaret. contestans in se conpleta esse quae essent ab aliis inchoata. Cui ideo post baptismum filii di a perfectione generationis in xpo impletae. repetende a principio natiuitatis humanae

potestas permissa est ut requirentibus demonstraret. In quo adpraehendens erat per nathan filium introitum recurrentis in d(eu)m generationis admisso indisperabilis d(e)i praedicans in hominibus xp(istu)m suum perfecti opus hominis redire in se per filium faceret qui per dauid patrem uenientibus iter prebebat in xp(ist)o,

Cui lucę non inmerito etiam scribendorum apostolicorum actuum potestas in mysterio datur. Ut d(e)o in d(eu)m pleno et filio proditionis extincto oratione ab apostolis facta sorte d(omi)ni electionis numerus conpleretur. Sic que paulus consummationem apostolicis actibus daret. quem diu contra stimulum recalcitrantem d(omi)n(u)s elegisset. quod et legentibus ac requirentibus d(eu)m. et si per singula expediri a nobis utile fuerat.

Sciens tamen quod operantem agricolam oporteat de fructibus suis edere. uitauimus publicam curiositatem. ne non tam uolentibus d(eu)m uideremur. quam fastidientibus pro(di)desse.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA

I Zacharias uiso angelo quia non credidit obmutuit.
elisabeth uxor eius concepit maria quoque
de spu sco cum concepisset salutauit elisabeth.
elisabeth salutata prophetauit et peperit. et ut nomen
filii sui iohannis zacharias scripsit locutus est
ac filium praecursorum ante dnm prophetauit.
postea quam peperit maria ihm infantem in praesepio
posuit. quem pastores iuxta angelorum indicia
inuenerunt qui que octaua die circumciditur.,
II Simeon iustus xpm manibus sumptum benedicit.
anna prophetissa uidua multa de xpo prophetat.
ihs annorum duodecim in templo cum doctoribus
legis inuentus in patris se esse oportere pronuntiat.,
III Anno quinto decimo tiberii caesaris pilato iudaea pro curante.
iohannes baptista paenitentiam praedicat.
et fortiorem xpm uenturum designat. quo bapti
zato in columbe figura in sps supra descendit. uox etiam
de caelo filium dni indicat quem putabant filium ioseph.,
IIII Ductus in desertum ihs. xl diebus ieiunauit.
et a diabulo temptatus uicit. reuersus in galileam
docet sabbatis in sinagogam ingressus esaiam se
signare. ac nullum prophetam in patria sua.
dicit acceptum. de qua eiectus apud capharnaum
hominem a daemonio sabbatis liberat. et socerum

simonis a febribus & multos male habentes
curat. & daemonia se confitentia increpat.
De naui alloquitur. de qua pisces multos capi facit.
ubi & iam p&rum iohannem & iacobum elegit
leprosum mundat in deserto orat.

V Paralyticum dimissum per tectum ihs a peccatis
& ab infirmitate liberat. leui publicanum se
qui iub&. apud quem murmurantibus pharisaeis.
caenans dicit sanis non esse opus medicum.
& de ieiunio disputans parabolam panni
& utrium ponit spicas uellentibus discipulis
panes propositiones commemorat. hominem
manum aridam habentem sabbatis curat.
In oratione pernoctat. apostolis elegit turbas
alloquitur. beatitudinem aliorum. & aliorum
infelicitatem promittens. parabolam profe
rens. de ducatu caeci. & magistri & discipuli
& festucae in oculo uel trabis & arboris boni
fructus uel mali. & hominem qui domum
supra p&ram uel super arenam aedificauit.

VI Centurionis puerum curat. uiduae filium
resuscitat. iohannes discipulos mittit ad ihm.
& xps de iohanne loquitur subnectens simili
tudinem puerorum in foro sedentium. mulier
peccatrix lacrimis pedes xpi lauat & ungu&

propter quam parabola dicitur creditoris qui
parum uel multum concedit. In itinere sequentibus
se turbis & mulieribus quae curatae erant. simili
tudinem seminantis dicit. Cuius semen in bonam
terram uel petrosam caecidit. lucernam non sub
uas sed super candelabrum poni matrem & fratres
repudiat. Nauigans post somnum tempestatem
sedat. hominem a maledictione liberat.,

VII Jairi filiam dum ire & resuscitare. mulierem
a profluuio liberat puellam uiuificat.,

VIII Mittens discipulos praedicare. data eis omnipotes
tate quibus herode mirante reuersis. In deserto
quinque panibus & duobus piscibus quinque
milia uirorum satiat. Interrogans quem se dice
rent turbae. a petro xps declaratur., & monet
abnegatis omnibus crucem tolli. & se insequi.
designans esse illic qui mortem non gustarent
ante uisionem gloriae eius.,

VIIII In montem adsumpto petro iohanne & iacobo
xps transfiguratur inter moysen & heliam uisus
ubi tria tabernacula petrus debere fieri dicit.
& nube obumbrantur. a cuox caelestis filium
declarat puerum lunaticum liberat. a se tradi
de habere pronuntiat & cogitantes discipulos
quis eorum maior esset instruit. a c non prohi

bendum qui in nomine suo uirtutem faciat.
a samaritanis non recipitur. & uolentes apostolos
ignem super eos descendere increpat. sequi uolenti
se non habere ubi caput reclin& praedicit. Alterum
tamen ipsa etiam patris morte intermissa adsequendum
elegit. & alio uolenti suis primum renuntiari aratoris figu
ram ponit retro respicientes.,

x Elegit lxx duo quos mittit ad praedicandum. ipse uero in
crepat ciuitates & reuersos discipulos ex eo dicit feliciores
quod eorum nomina in caelo essent scripta. ob quam rem
gratias agit patri quod bona sint paruulis reuelata & om
nia sibi a patre tradita manifestat. quem neminem
nisi filium nosse declarat; beatosque oculos qui uiderint
id quod prophetis non contigit. a legis perito temptatus
mandata quae fieri praecepit dns. parabolam
uulnerati quem leuita & sacerdote praetereunte
samaritanus colligit. apud martham mariae
partem conlaudat.,

xi Post orationem propriam doc& orationem
& parabolam ponit eius qui propter taedium.
dat postulanti panem. petendum esse quaerendum
& pulsandum. exemplum asserens. Daemonium
eiciens in principe daemoniorum idem pharisaeos
opinantes destruxit., beatosque dicit qui audiunt
uerbum & custodiunt. dans signum ionae & reginae

austri & ninniuitas in iudicio dicit fore beatos.
& lucernam super candelabrum poni & quod
oculus sit lucerna corporis. apud pharisaeum
inuitatus lauandum potius qđ intus est elemosinis
pronuntiat increpans multos pharisaeos
& legis doctores.

XII Pharisaeis uolentibus cum eo contendere. discipulos
palam docet ut eorum fallaciam caueant. & eum
timeant qui potest post mortem in gehennam
mittere. & plures esse discipulos quinque passeribus
dipundio ualentibus & negantem se negaturum
& peccatum in spu̅m scm̅ non remittendum. & non
cogitari dum quid ad praehensus loquatur p&enti
respondit se non esse diuisorem hereditatis. similitudinē
eius cui multa nata sunt. cuius anima eadem nocte
peteretur. ac doc& exemplis non cogitandum
de crastino. faciendamque elemosinam omnibus
uenditis. & uigilandum dicens p&ro felicem esse
bonum dispensatorem. inde dicit ignem mittere
super terram non pacem. turbis quoque dicit.
quod faciem caeli cognoscerent tempora non intelle
gerent. quos mon& ut dum in uia essent reconcilia
rentur aduersario. ne reclusi non exirent donec
nouissimum quadrantem redderent.

XIII Cum ei nuntiatum fuisset galileos occisos. mon&

agendam paenitentiam . parabolam ficulneae sub
iungens · quā dn̄s cum infructuosam uell& excidi ·
cultor statim postulauit . cum mulierem annis decem ·
& octo curuam erexiss& indignantem archisyna
gogā̄m increpat . Unde similitudinem grani sinapis
sub iungit . ex quo arbor maior holeribus nascitur .
& fermenti qđ absconditum mulier in farina ·
& ut intro eatur per angustum ostium ne cludatur .
· pharisaeis ei dicentibus quia herodes eum uell&
occidere . dicit eum uulpem . & proph&am extra
hierusalem non perire . & increpat hierusalem .,
XIIII Sabbatis curat hydropicum . discumbendi dat ordinem .
inuitantem hortatur pauperes pascere . similitu
dinem iungens hominis qui excusantibus inuitatis .
caecos clodos debiles uocauit . & turbas de plateis .
hortatur omnem affectionem propter se relinquen
dam . parabolā ponens turrem aedificare uolentis & regis .,
XV Sal fatuum esse non debere . murmurantibus pharisaeis
de conuiuio pastorum . dat similitudinē pastoris .
propt̄ unam ouem . xc nouem relinquentis . & muli
erem quae unā dragmam perditam inueniens
gaud& . sed & hominis qui duobus filiis suis substan
tiam diuisit . ex quibus iunior prodige egit ·
pro quo uitulus occiditur . de dispensatore prodigo
qui sapienter fecit . & ideo exemplis hortatur

operandū. & deridentes eum pharisaeos increpat.
legem & prophetas usque ad iohannem dicens.
ac moechari eum ostendit qui sua dimissa alteram
accepit uxorem. & ab alio dimissam ducit.

XVI Parabolam de diuite & lazaro. & nec minimū de credentibus scandalizandum atque omnia accepta fratri
remittenda. & qđ fides ut granū sinapis transferat
arborem mori. in mare quoque seruitium debitum
exhibendum. decem leprosi curantur, ex quibus unus
reuersus ihm̄ sequitur gratias agens dō. intra nos esse
regnū dī. regnum autem ipsum iuxta exemplum noe
uel loth subito uenire. ac tunc alium adsumi. & aliū
relinqui. & ubi fuerit corpus illic aquilae. similitudinem uiduę rogantis & iudicis iniqui. & duorum
in templo orantium & infantes non prohibendos.
similitudo diuitis & cameli facilius per foramen
acus transituri. & omnia hic relinquenda.

XVII Cum discipulis aduentura sibi indicaret. caecum
mendicantem curauit. zaccheum conlaudat
dimidiam substantiam pauperibus offerentem.
& similitudinem de eo qui decem mnas iturus
ad regnum seruis suis distribuit. & de exitio eorum
qui eum regem recusauerunt. super pullum asinę
sedit. & super hierusalem fleuit & uentura ei
praedicit. ibi de templo mensas euertit.

& uendentes columbas eiecit. pharisaeos interrogantes 97
in qua potestate haec faceret. de baptismo iohannis
interrogat. parabolam subiungens eius qui cum seruos
misisset ad uineam. postea filium misit & de lapide
ab aedificantibus reprobato.

XVIII Temptatus de tributo respondit. de muliere quae
septem uiros habuit. addit de se interrogans.
quomodo xps filius dauid esset. cum eum ipse dnm dicat.
& monet a scribis cauendum. Uiduam laudat
quae in donario duo minuta misit. de templi struc
tura & de futura persequutione. & de exitu hieru
salem & fine saeculi. De aduentu xpi in maiestatem
& similitudinem ficulneae. & monet uigilandum.

XVIIII De azimorum die adpropinquante. iudas daemoniae
repletus de tradendi tempus pecunia sibi promissa.
& discumbentibus secum discipulis. sacramentum
panis & calicis ostendit. ac traditorem designat.
certantibus de gradu eum praefecit qui ministrat.
& petro dicit quod eum esset negaturus ac monitis
discipulis. ut uendito uestimento emant gladium.
perget ad montem oliueti. qui cum orasset discipulos
excitat dormientes.

XX Antecedente iuda uenit turba. & osculo traditur xps.
& petrus auriculam seruo abscidit. Ducto ihu
ad domum principis sacerdotum. petrus iterum negauit

xps deluditur. Interrogatus a iudaeis a pilato & ab herode.
Ac tunc in amicitiam pilatus & herodes redeunt.
barrabbas dimittitur. & ihs a iudaeis suffigendus
traditur. qui plangentibus eum mulieribus ut se se
magis plangerent dixit. & inter latrones fixus.
acetum potum accepit. titulo rex designatur. a quo
unus ex latronibus credens ad paradysum ducitur.
Ab hora sexta usque ad nonam dies obscuratus est
& ihu spu emittente., Uelum templi scissum est.
quibus uisis centurio. & qui aderant dnm magni
ficabant., Ioseph postulat corpus & sepelit.
quod mulieres relinquentes. Non inueniunt.,
XXI Nuntiant mulieres angelorum uisionem nec
credunt discipuli euntes duo ad castellum. In panis
fractione xpm cognoscunt. & reuersi discipulis
indicant. quibus ihs apparuit. & plagas non cre
dentibus ostendit, Ac piscem ac fauum edendum
accepit. Alloquitur apostolos & cor eorum aperit.
ad intellegendum quod hoc compati oportuerit.
& ut illic essent donec in eos ueniret uirtus
ammonuit, Tunc benedixit eos & recessit
reliquit que laudantes dnm in templo.
finit AMEN,



LVCAS EVANG

IURA SACERDOTU LUCAS
TENET ORE IUUENCI



INCIPIT EVANGELIUM
SECUNDUM LUCAM

lu 1 x sol.



M QUIDEM MULTI CONATI
sunt ordinare narrationem quae in
nobis completae sunt rerum sicut tradi
derunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt.
& ministri fuerunt sermonis. uisum
est & mihi adsecuto a principio
omnibus. diligenter ex ordine tibi scribere
optime theofile. ut cognoscas eorum uerborum.
de quibus eruditus es ueritatem.,

I FUIT IN DIEBUS HERODIS REGIS IUDAEAE
sacerdos quidam nomine zacharias de uice
abia. & uxor illi de filiabus aaron. & nomen
eius elisabeth., Erant autem iusti ambo ante dm.
incedentes in omnibus mandatis & iustificati
onibus dni sine querella.. & non erat illis filius
eo quod esset elisabeth sterilis. & ambo processis
sent in diebus suis.. Factum est autem cum sacer
dotio fungeretur zacharias in ordine uicis suae
ante dm. secundum consuetudinem sacerdotii.
sorte exiit ut incensum poneret.. Ingressus in
templum dni. & omnis multitudo erat populi

orans foris hora incensi. Apparuit autem illi
angelus dni stans a dextris altaris incensi.
Et zacharias turbatus est uidens. et timor inruit
super eum. Ait autem ad illum angelus.
Ne timeas zacharia. qm exaudita est deprecatio tua.
Et uxor tua elisabeth pariet tibi filium. et uocabis
nomen eius iohannem. Et erit gaudium tibi
et exultatio. et multi in natiuitate eius gaudebunt.
Erit enim magnus coram dno. et uinum et siceram
non bibet. et spu sco replebitur adhuc ex utero
matris suae. Et multos filiorum israhel. conuertet
ad dnm dm ipsorum. Et ipse praecedet ante illum.
in spu et uirtute heliae. Ut conuertat corda patrum
in filios. et incredibiles ad prudentiam iustorum.
parare dno. plebem perfectam. Et dixit zacharias
ad angelum. Unde hoc sciam. ego enim sum
senex. et uxor mea processit in diebus suis.
Lc II V oīm III — Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabrihel
qui adsto ante dm. et missus sum loqui ad te.
et haec tibi euangelizare.
Lc III X Sol. — Et ecce eris tacens. et non poteris loqui usque in diem
quo haec fiant. Pro eo quod non credidisti
uerbis meis. quae implebuntur in tempore suo.
Et erat plebs expectans zachariam. et mirabantur
quod tardaret ipse in templo. Egressus autem

nonpoterat loqui adillos. & cognouerunt
quod uisionem uidiss& Intemplo. & ipse erat
Innuens illis. & permansit mutus. Et factum
est ut Impl&isunt dies officiieius. Abiit Indomum
suam. Post hos autem dies concepit elisab&
uxoreius. & occultabat se mensibus quinque
dicens. Quia sic mihi fecit dns. Indiebus quibus
respexit auferre obprobrium meum. Inter homines.
IN mense autem sexto. missus est angelus gabrihel
a do Inciuitatem galileae cui nomen nazar&h.
aduirginem disponsatam uiro. cui nomen
erat ioseph. dedomo dauid. & nomen uirginis
maria. & ingressus angelus adeam. dixit;
Aue gratia plena dns tecum. benedicta tu In
mulieribus. Quae cum audiss& turbata est
Insermone eius. & cogitabat qualis ess& ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria. Inuenisti enim gratiam apud dm.
Ecce concipies Inutero & paries filium. & uocabis
nomen eius ihm. Hic erit magnus. & filius
altissimi uocabitur. & dabit illi dns ds sedem
dauid patris eius. & regnabit Indomo iacob
Inae&ernum. & regni eius non erit finis; dixit
autem maria adangelum. Quomodo fi&istud
quo uirum non cognosco. & respondens angelus.

dixit ei., Sps scs super ueniet in te. & uirtus
altissimi obumbrauit tibi., Ideoque & quod nascetur,
scm uocabitur filius di;, Et ecce elisabet cognata tua.
& ipsa concoepit filium in senectute sua;, Et hic mensis
est sextus illi quae uocatur sterilis. quia non erit
inpossibile apud dm omne uerbum;, Dixit autem
maria., Ecce ancilla dni fiat mihi secundum uerbum
tuum., Et discessit ab illa angelus., Exsurgens
autem maria in diebus illis. abiit in montana cum
festinatione in ciuitatem iuda., Et intrauit in domum
zachariae. & salutauit elisabeth., Et factum est
ut audiuit salutationem mariae elisabeth., exultauit
infans in utero eius., Et repleta est spu sco elisabeth.
& exclamauit uoce magna & dixit., Benedicta tu
inter mulieres. & benedictus fructus uentris tui.,
Et unde hoc mihi ut ueniat mater dni mei ad me.
Ecce enim ut facta est uox salutationis suae in auribus
meis. exultauit in gaudio infans in utero meo.,
Et beata quae credidit. qm perficientur ea quae dicta
sunt tibi a dno;, Et ait maria., Magnificat anima
mea dnm. & exultauit sps meus in do salutari meo.,
Quia respexit humilitatem ancillae suae. Ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generationes.,
Quia fecit mihi magna qui potens est & scm nomen eius.,
Et misericordia eius in progenies. & progenies timentibus eum.,

Fecit potentiam in brachio suo. dispersit superbos
mente cordis sui., Deposuit potentes de sede. & ex
altauit humiles.. Esurientes impleuit bonis.
& diuites dimisit inanes.. Suscepit israhel puerum
suum. memorari misericordiae suae., Sicut locu
tus est ad patres nostros. abraham & semini eius
in saecula., Mansit autem maria cum illa quasi
mensibus tribus. & reuersa est in domum suam.,
Elisabeth autem impletum est tempus pariendi.
& peperit filium;, Et audierunt uicini & cognati
eius. quia magnificauit dns misericordiam suam
cum illa. & congratulabantur ei.; Et factum est
in die octauo. uenerunt circumcidere puerum.
& uocabant eum nomine patris sui (eius) zachariam.;
Et respondens mater eius dixit; Nequaquam.
sed uocabitur iohannes.; & dixerunt ad illam.;
Quia nemo est in cognatione tua. qui uocetur hoc
nomine.; Innuebant autem patri eius. quem
uellet uocari eum;, & postulans pugillarem.
scripsit dicens., Iohannes est nomen eius.;
Et mirati sunt uniuersi; Apertum est (autem) ilico os
eius & lingua eius. & loquebatur benedicens dm̄;
Et factus est timor super omnes uicinos eorum.
& super omnia montana iudeae. diuulgabantur
omnia uerba haec;

Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo ·
dicentes ., quid putas puer iste erit · Et enim
manus dni erat cum illo ., Et zacharias pater eius
inpletus est spu sco · et prophetauit dicens .,
Benedictus dns ds israhel · quia uisitauit et fecit
redemptionem plebi suae ., Et erexit cornu salutis
nobis · in domo dauid pueri sui ., Sicut locutus est
per os scorum · qui a saeculo sunt prophetarum eius .,
Salutem ex inimicis nostris · et de manu omnium
qui oderunt nos ., Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris · et memorare testamenti sui sci .,
Ius iurandum quod iurauit ad abraham patrem nostrum ·
daturum se nobis ., Ut sine timore de manu inimi
corum nostrorum · liberati seruiamus illi .,
In scitate et iustitia coram ipso · omnibus diebus nostris .,
Et tu puer propheta altissimi uocaberis · praeibis enim
ante faciem dni parare uias eius ., Ad dandam scienti
am salutis plebi eius · in remissione peccatorum eorum .,
Per uiscera misericordiae di nostri · in quibus uisitauit
nos oriens ex alto ., Inluminare his qui in tenebris
et in umbra mortis sedent · ad dirigendos pedes nostros
in uiam pacis ., Puer autem crescebat et confortaba
tur spu · et erat in desertis usque in diem ostensionis
suae ad israhel ., Factum est autem in diebus illis ·
·2· caplm
Exiit edictum a caesare augusto · ut describeretur

uniuersus orbis; haec discriptio prima facta est. 102
a praeside syriae cyrino; & ibant omnes. ut profite
rentur singuli in suam ciuitatem.; Ascendit
autem & ioseph a galilea de ciuitate nazareth.
in iudaeam ciuitatem dauid quae uocatur bethleem.,
eo quod esset de domo & familia dauid. ut profite
retur cum maria desponsata sibi uxore praegnante..
Factum est autem cum essent ibi. impleti sunt dies
ut pareret. & peperit filium suum primogenitum.,
& pannis eum inuoluit. & reclinauit eum in prae
sepio. quia non erat eis locus in diuersorio.,
Et pastores erant in regione eadem. uigilantes.
& custodientes uigilias noctis supra gregem suum.,
Et ecce angelus dni stetit iuxta illos. & claritas di
circum fulsit illos. & timuerunt timore magno.,
& dixit illis angelus; Nolite timere; Ecce enim
euangelizo uobis gaudium magnum. quod erit
omni populo., Quia natus est uobis hodie
saluator. qui est xps dns in ciuitate dauid.
Et hoc uobis signum; inuenietis infantem pannis
inuolutum. & positum in praesepio., Et subito
facta est cum angelo multitudo militiae caelestis.
laudantium dm & dicentium., Gloria in altis
simis do. & in terra pax in hominibus bonae
uoluntatis., & factum est ut discesserunt ab eis

angeli in caelum.,
Pastores loquebantur ad inuicem., Transeamus usque
bethleem. Et uideamus hoc uerbum quod factum est.
quod dns ostendit nobis., Et uenerunt festinantes.
Et inuenerunt mariam et ioseph. et infantem positum
in praesepio., Uidentes autem cognouerunt de uerbo.
quod dictum erat illis de puero hoc., Et omnes qui audi
erunt mirati sunt. et de his quae dicta erant a pastoribus
ad ipsos., Maria autem conseruabat omnia uerba
haec. conferens in corde suo., Et reuersi sunt pastores.
glorificantes et laudantes dnm. in omnibus quae audierant
et uiderant. sicut dictum est ad illos.,
Et postquam consummati sunt dies octo ut circum
cideretur. uocatum est nomen eius ihs. quod uoca
tum est ab angelo priusquam in utero conciperetur.,
Et postquam impleti sunt dies purgationis eius. secundum
legem moysi., Tulerunt illum in hierusalem. ut
sisterent eum dno. sicut scriptum est in lege dni.,
Quia omne masculinum adaperiens uuluam. scm dno
uocabitur., Et ut darent hostiam secundum quod
dictum est in lege dni. par turturum. aut duos
pullos columbarum.,
II ET ECCE HOMO ERAT IN HIERUSALEM
cui nomen symeon; et homo iste iustus et timoratus.
expectans consolationem israhel. et sps scs erat in eo.,

 103

Et responsum acceperat ab spu sco . Non uisurum
se mortem . nisi prius uideret xpm dni ; Et uenit
In spu In templum ., Et cum Inducerent puerum
ihm parentes eius . ut facerent secundum consue
tudinem legis pro eo ., Et ipse accepit eum In ulnas
suas . Et benedixit dm̄ et dixit ., Nunc dimittis
seruum tuum dne . secundum uerbum tuum In pace ..
Quia uiderunt oculi mei salutare tuum . quod
parasti ante faciem omnium populorum .,
Lumen ad reuelationem gentium . et gloriam
plebis tuae israhel ., Et erat pater eius et mater .
mirantes super his quae dicebantur de illo .,
Et benedixit illis symeon . et dixit ad mariam
matrem eius ., Ecce positus est hic In ruinam .
et resurrectionem multorum In israhel . et in sig
num cui contradicetur ., Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius . ut reuelentur
ex multis cordibus cogitationes ., Et erat anna
prophetissa filia phanuel . de tribu aser .,
Haec processerat In diebus multis . Et uixerat cum
uiro suo annis septem a uirginitate sua ., Et haec
uidua usque ad annos octoginta quattuor .
quae non discedebat de templo . Ieiuniis et obse
crationibus seruiens nocte ac die ., Et haec ipsa hora
super ueniens confitebatur dno . et loquebatur

de illo omnibus qui expectabant redemptionem
hierusalem., Et ut perfecerunt omnia secundum
legem dn̄i. reuersi sunt in galileam in ciuitatem
suam nazareth., Puer autem crescebat. et conforta
batur. plenus sapientia. et gratia dī. erat in illo.,
Et ibant parentes eius per omnes annos in hierusalem.
in die sollemni paschae., Et cum factus esset anno
rum duodecim. ascendentibus illis in hierusoli
mam. secundum consuetudinem diei festi. Consum
matisque diebus cum redirent. remansit puer ihs
in hierusalem. et non cognouerunt parentes eius.,
Existimantes autem illum esse in comitatu.
uenerunt iter diei. et requirebant eum inter cognatos
et notos.; Et non inuenientes. regressi sunt in hieru
salem. requirentes eum., Et factum est post triduum.
inuenerunt illum in templo sedentem in medio
doctorum. audientem illos et interrogantem.,
Lc̄ viii II Io lxii Mt xiii Stupebant autem omnes qui eum audiebant. super
prudentia et responsis eius.; Uidentes. ammirati sunt.,
Lc̄ u X Sol Et dixit mater eius ad illum;, fili. quid fecisti
nobis sic. ecce pater tuus et ego. dolentes quaere
bamus te.; Et ait ad illos., Quid est quod me
quaerebatis. an nesciebatis quia in his quae patris
mei sunt oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt
uerbum. quod locutus est ad illos., Et descendit

cum eis & uenit nazareth & erat subditus illis., 104
& mater eius conseruabat omnia uerba haec in corde
suo., Et ihs proficiebat sapientia & aetate & gratia.
apud dm & homines.,
III
LV VI III MT VII IO II & XXV ANNO AUTEM QUINTO DECIMO IMPERII z·ca
tyberii caesaris. procurante pontio pilato iudaeam.
tetrarcha autem galileae herode. philippo autem
fratre eius tetrarcha itureae & traconitidis
regionis. & lysania abiline tetrarcha. sub prin
cipibus sacerdotum. anna & caipha. factum est
autem uerbum dni super iohannem zachariae
LV VII filium in deserto.,
MT VIII MR II IO X Et uenit in omnem regionem iordanis. praedicans
baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum.,
sicut scriptum est in libro sermonum esaiae prophetae.,
Uox clamantis in deserto. parate uiam dni. rectas
facite semitas eius., Omnis uallis implebitur.
& omnis mons & collis humiliabitur., Et erunt
praua in directa. & aspera in uias planas.,
& uidebit omnis caro salutare di.,
LV VIII V MT X Dicebat ergo ad turbas quae exiebant ut baptiza
rentur ab ipso., Genimina uiperarum. quis
ostendit uobis fugere a uentura ira. facite ergo
fructus dignos paenitentiae. & ne coeperitis dicere.
patrem habemus abraham.. Dico enim uobis.

quia potest deus de lapidibus istis suscitare filios abrahae.,
Iam enim securis ad radicem arborum posita est.,
Omnis enim arbor non faciens fructum bonum.
excidetur. et in ignem mittetur.,
Lu VIIII X Sol. Et interrogabant eum turbae dicentes., Quid ergo
faciemus :~ respondens autem dicebat illis., Qui habet
duas tunicas. det non habenti., Et qui habet escas.
similiter faciat., Uenerunt autem et publicani
ut baptizarentur. et dixerunt ad illum., Magister.
quid faciemus :~ At ille dixit ad eos., Nihil amplius
quam quod constitutum est uobis faciatis., Interroga
bant autem eum et milites dicentes., Quid faciemus
et nos; et ait illis., Neminem concutiatis. Neque
calumniam faciatis. et contenti estote stipendiis uestris.,
Existimante autem populo et cogitantibus omnibus
In cordibus suis de iohanne. Ne forte ipse esset xps.,
Respondit iohannes dicens omnibus.,
Lu X Mt XI Mr IIII Io XII Ego quidem aqua baptizo uos. Ueniet autem fortior
me. cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamen
torum eius., Ipse uos baptizabit In spu sco et igni.,
Lu XI Mt XII Cuius uentilabrum In manu eius et purgabit aream
suam. et congregabit triticum In horreum suum.;
Paleas autem conburet igni Inextinguibili., Multa
quidem et alia exortans. euangelizabat populum.,
Lu XII Mt CXLIIII Mr LVIIII Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo.

de herodiade uxore fratris sui. & de omnibus malis 105
quae fecit herodes. adiecit & hoc supra omnia
& inclusit iohannem in carcerem.,

lu xiii / mt xiiii / mr v / io xv

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus.
& ihu baptizato & orante apertum est caelum.
& descendit sps scs corporali specie sicut columba
in ipsum., & uox de caelo facta est. tu es filius meus
dilectus in te conplacuit mihi.,

lu xiiii / mt i / io x&iii / &v.

Et ipse ihs erat incipiens quasi annorum triginta.
ut putabatur filius ioseph.,

Qui fuit	heli	Qui fuit	iudae
Qui fuit	matthat	Qui fuit	iohanna
Qui fuit	leui;	Qui fuit	resa;
Qui fuit	melchi	Qui fuit	zorobabel
Qui fuit	ianne	Qui fuit	salathiel
Qui fuit	ioseph;	Qui fuit	neri;
Qui fuit	mathathiae.	Qui fuit	melchi
Qui fuit	amos	Qui fuit	addi
Qui fuit	naum;	Qui fuit	chosan;
Qui fuit	esli	Qui fuit.	helmadan
Qui fuit	naggae	Qui fuit	her
Qui fuit	maath; .	Qui fuit	hiesu;
Qui fuit	mathathiae.	Qui fuit	heliezer
Qui fuit	semei	Qui fuit	iorim
Qui fuit	ioseph;	Qui fuit	matthat.



Qui fuit leui
Qui fuit symeon
Qui fuit iuda;
Qui fuit ioseph
Qui fuit iona
Qui fuit heliacim;
Qui fuit melea
Qui fuit mennan
Qui fuit mathata;
Qui fuit nathan
Qui fuit dauid
Qui fuit iesse;
Qui fuit obed
Qui fuit booz
Qui fuit salmon;
Qui fuit naasson
Qui fuit aminadab
Qui fuit aram;
Qui fuit esrom
Qui fuit phares
Qui fuit iudae;
Qui fuit iacob
Qui fuit isaac
Qui fuit abrahae;
Qui fuit tharae
Qui fuit nachor
Qui fuit seruch;
Qui fuit ragau
Qui fuit phalech
Qui fuit eber;
Qui fuit sale
Qui fuit cainan
Qui fuit arfaxath;
Qui fuit sem
Qui fuit noe
Qui fuit lamech;
Qui fuit mathusale
Qui fuit enoch
Qui fuit iareth;
Qui fuit maleleel
Qui fuit cainan
Qui fuit enos;
Qui fuit seth
Qui fuit adam
Qui fuit di;

II. L xv / M xv / om. vi IHS AUTEM PLENUS SPU SCO REGRESSUS
est a iordane. & agebatur in spu in deserto diebus xl.
& temptabatur a diabulo.,

L xvi / V / om. xvi ET nihil manducavit in diebus illis. & consumma
tis illis esuriit. dixit autem illi diabulus.,
si filius di es. dic lapidi huic ut panis fiat., & respondit
ad illum ihs., Scriptum est. quia non in pane solo
uiuit homo. sed in omni uerbo di., & duxit illum
diabolus & ostendit illi omnia regna orbis terrae
in momento temporis. & ait ei., Tibi dabo potesta
tem hanc uniuersam & gloriam illorum. quia mihi
tradita sunt & cui uolo do illa; tu ergo si adora
ueris coram me. erunt tua omnia., & respondens
ihs dixit illi., Scriptum est. dnm dm tuum adora
bis. & illi soli seruies., & duxit illum in hierusalem.
& statuit eum supra pinnam templi. & dixit illi.,
si filius di es. mitte te hinc deorsum; scriptum est
enim., Quod angelis suis mandauit de te ut conser
uent te. & quia in manibus tollent te. Ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum., & respondens
ihs ait illi., Dictum est. non temptabis dnm dm tuum.,
& consummata omni temptatione. diabolus
recessit ab illo. usque ad tempus.,

L xvii / I / om. xxiii / om. xxvii / Io xl vi ET regressus est ihs in uirtute sps in galileam. & fama
exiit per uniuersam regionem de illo; & ipse docebat

In synagogis eorum. & magnificabatur ab omnibus.,

Lu xviii x Sol Et uenit nazareth ubi erat nutritus. & intrauit secun
dum consuetudinem suam die sabbati in sinagogam. & surrexit
legere & traditus est illi liber prophetae esaiae. & ut
reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erat.,
Sps dni super me propter quod unxit me. euangelizare
pauperibus misit me sanare contritos corde praedicare captiuis remissionem
& caecis uisum. dimittere confractos in remissionem.
praedicare annum dni acceptum. & diem retributionis.,
& cum plicuisset librum. reddidit ministro & sedit.,
& omnium in sinagoga oculi erant intendentes in eum.,
Coepit autem dicere ad illos., Quia hodie impleta est
haec scriptura in auribus uestris.,

Lu xviiii I Mt cxli Mr L Io Lviiii Et omnes testimonium illi dabant & mirabantur
in uerbis gratiae quae procedebant de ore ipsius.,
& dicebant., Nonne hic filius est ioseph.,

Lu xx x Sol Et ait illis., Utique dicetis mihi hanc similitudinem
medice curate ipsum., Quanta audiuimus facta
in capharnaum. fac & hic in patria tua.,

Lu xxi I Mt cxlii Mr Li Io xxxv Ait autem; Amen dico uobis. quia nemo propheta
acceptus est in patria sua.,

Lu xxii x Sol In ueritate dico uobis. Multae uiduae erant
in diebus heliae in israhel. quando clausum est caelum
annis tribus & mensibus sex. Cum facta esset fames
magna in omni terra. & ad nullam illarum

missus est helias. nisi in sareptha sydoniae ad muli 107
erem uiduam; Et multi leprosi erant in israhel sub
heliseo propheta. et nemo eorum mundatus est.
Nisi neman syrus; Et repleti sunt omnes in sina
goga ira. haec audientes; Et surrexerunt et eiece
runt illum extra ciuitatem; et duxerunt illum
usque ad supercilium montis. supra quem ciuitas
illorum erat aedificata. ut praecipitarent eum;
Lu xxiii Ipse autem transiens. per medium illorum ibat;
viii om xii Et descendit in capharnaum ciuitatem galileae.
Lu xxiiii ibique docebat illos sabbatis.
ii di lxii om xiii Et stupebant in doctrina eius. quia in potestate
erat sermo ipsius.
Lu xxv viii om xiiii Et in sinagoga erat homo habens daemonium inmun
dum. et exclamauit uoce magna dicens. Sine.
quid nobis et tibi ihu nazarene. uenisti perdere nos.
scio te. qui sis scs di; et increpauit illi ihs dicens.
Obmutesce. et exi ab illo. et cum proiecisset illum
daemonium in medium exiit ab illo. Nihilque
eum nocuit. Et factus est pauor in omnibus.
et conloquebantur ad inuicem dicentes. Quod est
hoc uerbum quia in potestate et uirtute imperat
inmundis spiritibus et exeunt. et diuulgabatur
Lu xxvi fama de illo in omnem locum regionis.
ii di lxvii om xv ihs
Surgens autem de synagoga. introiuit in domum

symonis; socrus autem symonis tenebatur magnis
febribus. & rogauerunt illum pro ea. & stans super
illam. imperauit febri & dimisit illam. & continuo
surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidiss&.
Omnes qui habebant infirmos uariis languoribus.
ducebant illos ad eum. At ille singulis manus inponens.
curabat eos;

Lu xxvii viii om xvi Exiebant autem daemonia a multis clamantia & dicentia.
quia tu es filius di. & increpans non sinebat ea loqui.
quia sciebant ipsum esse xpm.

Lu xxviii viii om xvii Facta autem die. egressus ibat in desertum locum.
& cum turbae requirebant eum; & uenerunt usque
ad ipsum. & detinebant illum. ne discederet ab eis;
Quibus ille ait; Quia & aliis ciuitatibus oport& me
euangelizare regnum di. quia ideo missus sum;
& erat praedicans in synagogis galileae.

Lu xxviiii x sol Factum est autem. cum turbae inruerent in eum.
ut audirent uerbum di. & ipse stabat secus stagnum
gennesareth. & uidit duas naues stantes secus stagnum;
piscatores autem descenderant. & lauabant retia.
Ascendens autem in unam nauem quae erat symonis.
rogauit eum a terra reducere pusillum. & sedens.
docebat de nauicula turbas.

Lu xxx viii io ccxxii & cc xviii Ut cessauit autem loqui. dixit ad symonem. Duc in
altum. & laxate retia ura in capturam;

Et respondens symon. dixit illi., Praeceptor.,
per totam noctem laborantes. nihil coepimus.
In uerbo autem tuo laxabo rete; Et cum hoc fecissent.
Concluserunt piscium multitudinem copiosam;
Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis
qui erant in alia naui. ut uenirent et adiuuarent eos;
Et uenerunt et impleuerunt ambas nauiculas. Ita
ut mergerentur;
LU XXXI X SOL. Quod cum uideret symon petrus. procidit ad genua
ihu dicens., Exi a me. quia homo peccator sum
dne., stupor enim circumdederat eum. Et omnes
qui cum illo erant in captura piscium quam coeperant;
Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei.
qui erant socii symonis.,
LU XXXII II MT XXI MR X Et ait ad symonem ihs., Noli timere. Ex hoc iam
homines eris capiens; Et subductis ad terram
nauibus. relictis omnibus. secuti sunt illum.;
LU XXXIII II MT LXIII MR XVIII Et factum est cum esset in una ciuitatum. Et ecce
uir plenus lepra. Et uidens ihm et procidens in faci
em rogauit eum dicens., Dne. si uis potes me
mundare., Et extendens manum tetigit illum
dicens., Uolo. mundare., Et confestim discessit
lepra ab illo; Et ipse praecepit illi. ut nemini diceret.,
sed uade ostende te sacerdoti. Et offer pro emundati
one tua. sicut praecepit moyses in testimonium illis.,

Lu̅ xxxiii
I
Mr̅ xxiii
Mt̅ xxvii
Io̅ xlvi

Perambulabat autem magis sermo de illo. & conueni
ebant turbae multae ut audirent. & curarentur
ab infirmitatibus suis.,

Lu̅ xxxv
II
Mr̅ cxlviiii
Mt̅ lxvi

Ipse autem secedebat in desertum. & orabat.,

V
Lu̅ xxxvi
Mr̅ cliii
Mt̅ lxviiii

ET FACTUM EST IN UNA DIERUM. ET IPSE
sedebat docens; & erant pharisaei sedentes & legis
doctores. qui uenerant ex omni castello galileae
& iudeae & hierusalem. & uirtus erat dn̄i ad sanandum eos;

Lu̅ xxxvii
Mr̅ lxx
Mt̅ lxx
Io̅ xxxviii

Et ecce uiri portantes in lecto hominem. qui erat para
lyticus. & quaerebant eum inferre. & ponere ante eum.
& non inuenientes qua parte illum inferrent prae turba.
ascenderunt supra tectum. & per tegulas summisse
runt illum cum lecto in medium ante ihm̄; Quorum
fidem ut uidit. dixit; homo. remittuntur tibi
peccata tua; & coeperunt cogitare scribae &
pharisaei dicentes; Quis est hic qui loquitur
blasphemias. quis potest dimittere peccata. nisi
solus ds̄. Ut cognouit autem ih̄s cogitationes eorum.
respondens. dixit ad illos; Quid cogitatis in cordibus
uestris. quid est facilius dicere. dimittuntur tibi
peccata. an dicere surge & ambula. Ut autem sciatis.
quia filius hominis potestatem hab& in terra dimittere
peccata; Ait paralytico; tibi dico. surge tolle
lectum tuum. & uade in domum tuam; & confestim.
surgens coram illis. tulit in quo iacebat. & abiit in domum

suam magnificans dm̄ ;· & stupor adpraehendit
omnes· & magnificabant dm̄ ; & repleti sunt timore
dicentes·, Quia uidimus mirabilia hodie ;
LV XXXVIII II LXXI om̄ XXI Et post haec exiit· & uidit publicanum nomine leui
sedentem ad teloneum· & ait illi· sequere me·,
& relictis omnibus surgens· secutus est eum·,
LV XXXVIIII II LXXII om̄ XXII Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua· & erat
turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis
erant discumbentes·, & murmurabant pharisaei
& scribae eorum dicentes ad discipulos eius ; quare
cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis ;·
LV XL II LXXIII om̄ XXIII Et respondens ihs· dixit ad illos·, Non egent qui
sani sunt medico· sed qui male habent·, Non enim ueni
uocare iustos· sed peccatores in paenitentiam·,
At illi dixerunt ad eum·, Quare discipuli iohannis
ieiunant frequenter & obsecrationes faciunt·
similiter & pharisaeorum·, Tui autem edunt &
bibunt·, quibus ipse ait·, Numquid potestis filios
sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare·,
Uenient autem dies & cum ablatus fuerit ab illis sponsus·
tunc ieiunabunt in illis diebus·, Dicebat autem & simili
tudinem ad illos·, Quia nemo commissuram a uesti
mento nouo inmittit in uestimentum uetus·,
Alioquin· & nouum rumpit· & ueteri non conuenit
commissura a nouo·, & nemo mittit uinum nouum·

In utres ueteres., Alioquin rumpit uinum nouum
utres & ipsum effundetur & utres peribunt; sed uinum
nouum In utres nouos mittendum est. & utraque con
seruantur.. & nemo bibens uetus. statim uult nouum.
dicit enim. uetus melius est.,

(T.CA. vii) Lu xli / ii / Mt cxiiii / om xxiiii

Factum est autem In sabbato secundo primo cum transiret
per sata. uellebant discipuli eius spicas & manduca
bant confricantes manibus., Quidam autem pharisae
orum dicebant illis., Quid facitis quod non licet In
sabbatis; & respondens ihs ad eos dixit.. Nec hoc legistis
quod fecit dauid cum esurisset ipse & qui cum eo erant.
quomodo Intrauit In domum dei & panes propositionis
sumpsit & manducauit & dedit his qui cum ipso erant
quos non lic^ba^et manducare. Nisi tantum sacerdotibus.,
& dicebat illis., Quia dns est filius hominis etiam sabbati.,

Lu xlii / ii / Mt cxvi / om xxv

Factum est autem et in alio sabbato ut intraret In syna
gogam it[et] doceret., & erat ibi homo & manus eius dextera
erat arida., Obseruabant autem scribae & pharisaei.
si In sabbato curaret. ut Inuenirent unde accusarent
illum.. Ipse uero. sciebat cogitationes eorum. & ait
homini qui habebat manum aridam. surge & sta In
medium. & surgens stetit., Ait autem ad illos ihs.,
Interrogo uos si licet sabbatis bene facere an male.
animam saluam facere an perdere. & circum spectis
omnibus. dixit homini. Extende manum tuam.

& extendit; & restituta est manus eius; Ipsi autem
repl&i sunt Insipientia · & conloquebantur ad In
uicem quidnam facerent ihu ·,
LV XLIII / AL XLVIII / OM LXVI Factum est autem: In illis diebus · exiit In montem orare ·
& erat pernoctans In oratione di ·,
LV XLIIII / AL LXXX / OM XXX Et cum dies factus ess& · uocauit discipulos suos · & elegit
duodecim ex ipsis · quos & apostolos nominauit;
Symonem quem cognominauit p&rum · & andream
fratrem eius; Iacobum & iohannem; philippum
& bartholomeum · matheum & thomam · iacobum
alphei · & symonem qui uocatur zelotes; iudam
iacobi · & iudam scarioth qui fuit proditor ·,
LV XLV / AL XIIII / OM XXVII / IO XLVI Et descendens cum illis st&it In loco campestri · & turba
discipulorum eius · & multitudo copiosa plebis ·
ab omni iudaea & hierusalem & maritima · & tyri
& synodis · qui uenerant ut audirent eum: & sana
rentur a languoribus suis;, & qui uexabantur ab
spiritibus Inmundis · curabantur; & omnis turba
quaerebat eum tangere · quia uirtus de illo exie
bat · & sanabat omnes;
LV XLVI / AL XXV Et ipse eleuatis oculis In discipulos suos · dicebat;,
Beati pauperes · quia uestrum est regnum di;,
LV XLVII / AL XXVIII Beati qui nunc esuritis · quia saturabimini;.
LV XLVIII / AL XXVI Beati qui nunc fl&is · quia ridebitis ·,
LV XLVIIII / OM XXX Beati eritis cum uos oderint homines · & cum separauerint

uos. & exprobrauerint. & eiecerint nomen uestrum
tamquam malum. propter filium hominis. Gaudete
in illa die & exultate. ecce enim merces uestra multa est
in caelo. secundum haec enim faciebant prophetis
patres eorum.

Lv L sol. Uerumtamen uae uobis diuitibus. qui habetis conso
lationem uestram.
Uae uobis qui saturati estis. quia esurietis. Uae uobis
qui ridetis nunc. quia lugebitis & flebitis.

Lv LI sol. Uae cum bene uobis dixerint omnes homines. secundum
haec faciebant pseudo prophetis patres eorum.

Lv LII om̄t XL. Sed uobis dico. qui auditis. diligite inimicos uestros.
benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledi
centibus uos. Orate pro calumniantibus uos.

Lv LIII om̄t XXXVIII. Et qui te percutit in maxillam. praebe & alteram.
& ab eo qui aufert tibi uestimentum. & tunicam
noli prohibere. Omni autem petenti te tribue.
& qui aufert quae tua sunt ne repetas.

Lv LIIII om̄t LIIII. Et pro ut uultis ut faciant uobis homines.
& uos facite illis similiter.

Lv LV om̄t XLI. Et si diligitis eos qui uos diligunt. quae uobis est
gratia. Nam & peccatores diligentes se diligunt.
& si benefeceritis his qui uobis benefaciunt. quae uobis
est gratia. siquidem & peccatores hoc faciunt. & si
mutuum dederitis his a quibus speratis recipere.

quae gratia est uobis. Nam et peccatores peccatoribus III
fenerantur ut recipiant aequalia. Uerumtamen
diligite inimicos uestros. et benefacite et mutuum
date. nihil inde sperantes. et erit merces uestra
multa. et eritis filii altissimi. quia ipse benignus est
super ingratos et malos. Estote ergo misericordes.
sicut et pater uester misericors est.

LV LVI MT L OM XLI Nolite iudicare et non iudicabimini. Nolite con
demnare. et non condemnabimini. Dimittite.
et dimittemini. Date. et dabitur uobis. Mensu
ram bonam et confersam et coagitatam et super
effluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe
mensura qua mensi fueritis. remetietur uobis.

LV LVII OM CLVI Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid
potest caecus caecum ducere. nonne ambo in foue
am cadunt.

LV LVIII MT XC IO CXVIII et CXXXVIIII Non est discipulus super magistrum. perfectus
autem omnis erit si sit sicut magister eius.

LV LVIIII OM LI Quid autem uides festucam in oculo fratris tui.
trabem autem quae in oculo tuo est non consideras.
Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater.
sine. eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo
trabem non uidens. hypocrita. eice primum
trabem de oculo tuo. et tunc perspicies ut educas
festucam de oculo fratris tui.

Lu Lx / mt Lviii — Non est enim arbor bona quae facit fructus malos.
Neque arbor mala faciens fructum bonum.,
Unaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur.,

Lu lxi / mt lvii — Neque enim de spinis colligunt ficus. Neque de
rubo uindemiant uuam.,

Lu lxii / mt cxxv — Bonus homo de bono thesauro cordis sui. profert
bonum., Et malus homo de malo thesauro. profert
malum., Ex habundantia enim cordis. os loquitur.,

Lu lxiii / iii / mt lviiii / io cxvi — Quid autem uocatis me dne dne. et non facitis
quae dico.

Lu lxiiii / mt lxi — Omnis qui uenit ad me. et audit sermones meos
et facit eos. ostendam uobis cui similis sit [est]., similis
est homini aedificanti domum. qui fodit in altum.
et posuit fundamenta supra petram., Inundatione
autem facta. inlisum est flumen domui illi.
et non potuit eam mouere., fundata enim erat.
supra petram., Qui autem audit et non facit.
similis est homini aedificanti domum suam supra
petram [terram] sine fundamento. In quam inlisus est
fluuius. et continuo cecidit [con]. et facta est ruina
domus illius magna.,

VI — Lu lxv / iii / mt lxiiii / io xxxvii — CUM AUTEM IMPLESSET OMNIA UERBA
sua in aures plebis. Intrauit in capharnaum.,
Centurionis autem cuiusdam seruus male habens
erat moriturus. qui illi erat praetiosus. Et cum audisset

dei ihu. misit ad eum seniores iudaeorum. rogans 112
eum ut ueniret. et saluaret seruum eius., At illi
cum uenissent ad ihm. rogabant eum sollicite
dicentes ei.. Quia dignus est ut hoc illi praestes.
diligit enim gentem nostram. et synagogam ipse
aedificauit nobis., Ihs autem ibat cum illis.,
Et cum iam non longe esset a domo. misit ad
eum centurio amicos dicens., dne. Noli uexari.,
Non enim dignus sum ut sub tectum meum
intres., Propter quod et me ipsum non sum dignum
arbitratus ut uenirem ad te. sed dic uerbo. et sa
nabitur puer meus., Nam et ego homo sum
sub potestate constitutus. habens sub me milites.,
Et dico huic uade. et uadit., Et alio ueni. et uenit.,
Et seruo meo fac hoc. et facit., Quo audito ihs
miratus est. et conuersus sequentibus se turbis
dixit.. Amen dico uobis. Nec in israhel tantam
fidem inueni.,

LU LXVI V CH LXVI Et reuersi qui missi fuerant domum. inuenerunt
seruum qui languerat sanum..

LU LXVII X SOL. Et factum est deinceps. ibat in ciuitatem quae
uocatur naim. et ibant cum illo discipuli eius.
et turba copiosa., Cum autem adpropinquaret
portae ciuitatis. Ecce defunctus efferebatur
filius unicus matris suae., et haec uidua erat.

& turba ciuitatis multa cum illa., Quam cum uidiss&
dns. misericordia motus super ea. dixit illi., Noli
flere., & accessit & tetigit loculum., hi autem
qui portabant. steterunt., & ait., Adalescens.
tibi dico. surge., & resedit qui erat mortuus. & coepit
loqui., & dedit illum matri suae., Accepit autem
omnes timor. & magnificabant dnm dicentes.,
Quia propheta magnus surrexit in nobis. & quia ds
uisitauit plebem suam.,

Lu lxvii Sol
Et exiit hic sermo in uniuersam iudaeam de eo.
& omnem circa regionem.,

Lu lxviii ora cii
Et nuntiauerunt iohanni discipuli eius. de omnibus
his., Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes.
& misit ad ihm dicens., Tu es qui uenturus es. an
alium expectamus; Cum autem uenissent ad eum
uiri dixerunt. Johannes baptista misit nos ad te
dicens., Tu es qui uenturus es. an alium expecta
mus. In ipsa autem hora curauit multos a lan
guoribus & plagis & spiritibus malis. & caecis
multis donauit uisum., Et respondens dixit illis.,
Euntes renuntiate iohanni. quae uidistis & audistis.,
Quia caeci uident. claudi ambulant. leprosi
mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt.
pauperes euangelizantur., & beatus est qui non
fuerit scandalizatus in me. & cum discessissent

nuntii iohannis · coepit dicere de iohanne ad turbas ., 113.
Quid existis in desertum uidere? arundinem uento
moueri? sed quid existis uidere hominem mollibus
uestimentis indutum? Ecce qui in ueste praeciosa
sunt & delicius in domibus regum sunt ., sed quid
existis uidere prophetam? Utique dico uobis
& plusquam prophetam .,

Lv lxx ii Th cm iii om i
Hic est de quo scriptum est ., Ecce mitto angelum meum
ante faciem tuam · qui praeparauit uiam tuam ante te .,

Lv lxxi v om cm iii
Dico enim uobis · Maior inter natos mulierum
propheta iohanne baptista nemo est ; Qui autem
minor est in regno dī · maior est illo .,

Lv lxxii x sol
Et omnis populus audiens · & publicani iustifi
cauerunt dm̄ baptizati baptismo iohannis .,
pharisaei autem & legis periti consilium dī spreue
runt in semet ipsos non baptizati ab eo .,

Lv lxxiii v om cm ii
Cui ergo similes dicam homines generationis
huius · & cui similes sunt ., Similes sunt pueris
sedentibus in foro & loquentibus ad inuicem & di
centibus ; Cantabimus uobis tibiis & non saltastis .
lamentauimus · & non plorastis ; Uenit enim
iohannes baptista · neque manducans panem ,
neque bibens uinum · & dicitis daemonium habet .,
Uenit filius hominis manducans & bibens · & dici
tis · Ecce homo deuorator & bibens uinum

amicus publicanorum & peccatorum., & iustifi
cata est sapientia ab omnibus filiis suis.,
Lu. lxxiiii i / Mt. cclxxvi / Mr. clviii / Io. xcviii
Rogauit autē illum quidā de pharisaeis. ut manducaret
cum illo;. & ingressus domum pharisaei. discubuit;
& ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix. ut cog
nouit quod accubuit in domo pharisaei. attulit
alabastrum unguenti. & stans retro secus pedes eius.
lacrimis coepit rigare pedes eius. & capillis capitis
sui tergebat; & osculabatur pedes eius. & unguento
unguebat., Uidens autem pharisaeus qui uoca
uerat eum. ait intra se dicens;. Hic si esset propheta
sciret utique quae & qualis esset mulier quae tangit
eum. quia peccatrix est;. & respondens ihs. dixit
ad illum;. Symon. habeo tibi aliquid dicere;.
At ille ait;. Magister. dic;. Duo debitores erant
cuidam feneratori. Unus debebat denarios quin
gentos. et alius quinquaginta;. Non habentibus
illis unde redderent. donauit utrisque;. Quis ergo
eum plus diligit. Respondens symon dixit;.
Estimo. quia is cui plus donauit;. At ille dixit ei;.
Recte iudicasti;. & conuersus ad mulierem. dixit
symoni;. Uides hanc mulierem. Intraui in do
mum tuam. aquam pedibus meis non dedisti.
haec autem lacrimis rigauit pedes meos. & capillis
suis tersit;. Osculum mihi non dedisti.

mecum sunt in cubili. Non possum surgere et
dare tibi; Et ille si perseuerauerit pulsans. dico
uobis et si non dabit illi. surgens eo quod amicus
eius sit. propter inprobitatem tamen eius surget.
et dabit illi quotquot habet necessarios;
Luc cxxv V Mt L iiii Et ego uobis dico; petite et dabitur uobis. quaerite
et inuenietis. pulsate et aperietur uobis;
Omnis enim qui petit accepit. et qui quaerit in
uenit. et pulsanti aperietur; Quis autem ex
uobis patrem petit panem. Numquid lapidem
dabit illi. aut piscem. Numquid pro pisce
serpentem dabit illi. aut si petierit ouum.
Numquid porriget illi scorpionem. Si ergo uos
cum sitis mali. nostis bona data dare filiis uestris.
Quanto magis pater uester de caelo dabit spm bonum.
petentibus se.
Luc cxxvi V Mt cxviiii Et erat eiciens daemonium. et illud erat mutum;
Et cum eiecisset daemonium. locutus est mutus.
et admiratae sunt turbae;
Luc cxxvii II Mt cxxi Mr xxxcii Quidam autem ex eis dixerunt; In beelzebub princi
pe daemoniorum. eicit daemonia;
Luc cxxviii V Mt cxxvii Et alii temptantes. signum de caelo quaerebant ab eo;
Luc cxxviiii II Mt cxxii Mr xxxiii Ipse autem ut uidit cogitationes eorum. dixit eis;
Omne regnum in se ipsum diuisum desolatur.
et domus supra domum cadit; Si autem et satanas

In se ipsum diuisus est. Quomodo stabit regnum
ipsius. quia dicitis in beelzebub eicere me daemonia.
si autem ego in beelzebub eicio daemonia; filii uestri
in quo eiciunt. Ideo ipsi iudices uestri erunt;
Porro si in digito di eicio daemonia; profecto pr(ae)
uenit in uos regnum di; Cum fortis armatus
custodit atrium suum; in pace sunt ea quae possidet;
si autem fortior illo superueniens uicerit eum.
uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat;
et spolia eius distribuet; Qui non est mecum; ad
uersum me est; et qui non colligit mecum; dispergit;
Lu cxxx Mt cxxviiii Cum inmundus sps exierit de homine. perambulat
per loca inaquosa; quaerens requiem et non inueniens
dicit; Reuertar in domum meam unde exiui;
Et cum uenerit; inuenit scopis mundatam;
Et tunc uadit. et adsumit septem alios sps nequiores se.
et ingressi habitant ibi; et sunt nouissima hominis
illius. peiora prioribus;
Lu cxxxi X Sol Factum est autem cum haec diceret; extollens uocem
quaedam mulier de turba. dixit illi; Beatus
uenter qui te portauit; et ubera quae suxisti;
At ille dixit; quin immo beati qui audiunt
uerbum di; et custodiunt illud;
Lu cxxxii Mt cxxviii Turbis autem concurrentibus. coepit dicere; generatio
haec. generatio nequam est. signum quaerit.

& signum non dabitur illi. nisi signum ionae., 123.
Nam sicut fuit ionas signum nineuitis.
Ita erit & filius hominis generationi isti., Regina
austri surg& in iudicio cum uiris generationis
huius. & condempnabit illos. quia uenit a finibus
terrae audire sapientiam salomonis. & ecce plus
salomone hic., Uiri nineuitae surgent in iudicio
cum generatione hac. & condempnabunt illam.
quia paenitentiam egerunt ad praedicationem
ionae. & ecce plus quam iona hic.,
LUC XXXIII / II / XXXII / OM XXXVIII Nemo lucernam accendit & in abscon(dito) so pon&. neque
sub modio sed super candelabrum. ut qui ingredi
untur. lumen uideant.,
LUC XXXIIII / V / XLVII Lucerna corporis tui. est oculus tuus., si oculus tuus
fuerit simplex. totum corpus tuum lucidum erit.,
si autem nequam fuerit. & iam corpus tuum tenebrosum
erit., Uide ergo ne lumen quod in te est. tenebrae
sint., si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit.
Non habens aliquam partem tenebrarum. erit
lucidum totum., & sicut lucerna fulgoris.
inluminau(b)it te.,
LUC XXXV / V / XXXVI Et cum loqueretur. rogauit illum quidam pharisaeus
ut prander& apud se; & ingressus recubuit.,
Pharisaeus autem coepit intra se reputans dicere.
quare non baptizatus ess& ante prandium; & ait dns

ad illum ·, Nunc uos pharissaei quod de foris est
calicis & catini mundatis · quod autem intus est
uestrum · plenum est rapina & iniquitate; Stulti ·
nonne qui fecit quod de foris est · & iam id quod de
intus est fecit ·, Uerumtamen quod super est date
elymosinam · & ecce omnia munda sunt uobis ·,

LVC CXXXVI Ā CCXXXIIII Sed uae uobis phari saeis · qui decimatis mentam
& rutam & omne holus · & praeteritis iudicium &
caritatem dī · haec autem oportuit facere ·
& illa non omittere ·,

LVC CXXXVII Ā CCXXXVIII MT CXXXV Uae uobis pharisaeis · quia diligitis primas cathedras
in synagogis & salutationes in foro ·,

LVC CXXXVIII Ā CCXXXVII Uae uobis quia estis ut monumenta quae non apparent
& homines ambulantes supra nesciunt ·,

LVC CXXXVIIII Ā CCXXXVIII Respondens autem quidam ex legis peritis · ait illi ·,
magister · haec dicens · & iam nobis contumeliam
facis ·, at ille ait ·, & uobis legis peritis uae · qui
oneratis homines oneribus quae portari non
possunt ·, & ipsi uno digito uestro non tangitis
sarcinas ·,

LVC CXL Ā CCXXXVIII Vae uobis quia aedificatis monumenta prophetarum · patres autem uestri occiderunt illos ·,

Profecto testificamini · quod consentitis operibus
patrum uestrorum ·, quō quidem ipsi eos occiderunt · Uos autem aedificatis eorum sepulchra ·,

Luc cxli / A ccxl — Propterea & sapientia dei dixit. Mittam ad illos 124
prophetas & apostolos. & ex illis occident & per
sequentur; ut inquiratur sanguis omnium prophe
tarum. qui effusus est a constitutione mundi.
a generatione ista. A sanguine abel usque ad
sanguinem zachariae qui periit inter altare & aedem.
Ita dico uobis. requiretur ab hac generatione.
Luc cxlii / A cxxxii — Uae uobis legis peritis. quia tulistis clauem scien
tiae. Ipsi non introistis. & eos qui introibant
prohibuistis.
XII Luc cxliii / Sol. — CUM HAEC AD ILLOS DICERET. COEPERUNT
pharisaei. & legis periti grauiter insistere.
& os eius opprimere de multis insidiantes ei.
& quaerentes capere aliquid ex ore eius. ut accu
sarent eum. Multis autem turbis circumstanti R cn
bus. ita ut se inuicem conculcarent. coepit
dicere ad discipulos suos.
Luc cxliiii / A clxiiii / Mt lxxviii — Adtendite a fermento pharisaeorum. quod est hypocrisis.
Luc cxlv / A xciiii — Nihil autem opertum est quod non reueletur. Ne
que absconditum quod non sciatur; quoniam quae in
tenebris dixistis. In lumine dicentur; & quod
in aurem locuti estis in cubiculis. praedica
bitur in tectis. Dico autem uobis amicis meis.
ne terreamini ab his qui occidunt corpus. & post
haec non habent amplius quod faciant;

Ostendam autem uobis quem timeatis;
Timete eum qui postquam occiderit. hab& potestatem mittere in gehennam;, Ita dico uobis.
hunc timete; Nonne quinque passeres ueneunt dipondio. & unus ex illis non est in obliuione coram do. sed & capilli capitis uestri. omnes numerati sunt; Nolite ergo timere multis passeribus pluris estis.; Dico autem uobis. Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus. & filius hominis confitebitur illum. coram angelis di;

Lu. cxlvi / Ma. xciiii / om. lxxxvi
Qui autem negauerit me coram hominibus. denegabitur coram angelis di.,

Lu. cxlvii / Ma. cxxiii / om. xxxiiii
Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis. remittetur illi; Ei autem qui in spm scm blasphemauerit. non remittetur.,

Lu. cxlviii / Ma. lxxxviii / om. cxli
Cum autem inducent uos in synagogas & ad magistratus & potestates. Nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis. aut quid dicatis., Sps enim scs docebit uos in ipsa hora quae oporteat dicere.,

Lu. cxlviiii / Sol.
Ait autem ei quidam de turba., Magister dic fratri meo. ut diuidat mecum hereditatem., At ille dixit ei., Homo. quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos., dixitque ad illos.,

Uidete et cauete ab omni auaritia. quia non in
habundantia cuiusquam uita eius est. ex his
quae possidet., Dixit autem similitudinem
ad illos dicens., Hominis cuiusdam diuitis uberes
fructus ager attulit. et cogitabat intra se dicens.,
Quid faciam. quod non habeo quo congregem
fructus meos; et dixit., Hoc faciam. destruam
horrea mea et maiora faciam: et illuc congregabo
omnia quae nata sunt mihi et bona mea. et
dicam animae meae., Anima. habes multa
bona posita in annos plurimos., Requiesce.
comede. bibe. epulare., Dixit autem illi deus.,
Stulte. hac nocte animam tuam repetunt a te.
quae autem parasti cuius erunt. Sic est qui sibi
thesaurizat. et non est in deum diues.,

Luc. cl. Mt. xlviii Dixitque ad discipulos suos., Ideo dico uobis.
Nolite solliciti esse animae quid manducetis.
Neque corpori quid uestiamini., Anima plus
est quam esca. et corpus [plus e] quam uestimentum.,
Considerate coruos. quia non seminant neque
metunt., Quibus non est cellarium. neque horre
um. et deus pascit illos., Quanto magis uos pluris
estis illis., Quis autem uestrum cogitando potest
adicere ad staturam suam cubitum unum.
Si ergo neque quod minimum est potestis.

quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia
quomodo crescunt; Non laborant. Non nent.;
Dico autem uobis.: quia Nec salomon in omni gloria
sua. uestiebatur sicut unum ex istis.; Si autem
foenum agri quod hodie in agro est. & cras in cliba
num mittitur. ds sic uestit.. Quanto magis
uos pusille fidei; & uos nolite quaerere quid
manducetis. aut quid bibatis. & nolite in sub
lime tolli;, Haec enim omnia gentes mundi
quaerunt;, Pater autem uester scit. quo his
indigetis.; Uerumtamen quaerite regnum di.
& haec omnia adicientur uobis.;

LVC CLI Sol Nolite timere pusillus grex. quia conplacuit
patri uestro dare uobis regnum.,

LVC CLII M CXCIIII IO CCXVIII Uendite quae possidetis. & date elymosinam.,
LVC CLIII M XLVI Facite uobis sacculos qui non ueterescunt thesaurum
non deficientem in caelis.. Quo fur non adpro
piat. Neque tinea corrumpit.; Ubi enim thesau
rus uester est. ibi & cor uestrum erit.,

LVC CLIIII Sol Sint lumbi uestri praecincti. & lucernae ardentes.,
& uos similes hominibus expectantibus domi
num suum. quando reuertatur a nuptiis..
Ut cum uenerit & pulsauerit. confestim aperiant ei.,

LVC CLV M CCLXVI Beati serui illi. quos cum uenerit dns. inuenerit
uigilantes., Amen dico uobis. quod praecinget se.

& faci& illos discumbere. & transiens minis 126
trabit illis., & si uenerit in secunda uigilia.
& si in tertia uigilia uenerit. & ita inuenerit.
beati sunt serui illi.,

Luc. lvi / iii / can. cclxxiiii / am. clv
Hoc autem scitote. quod si sciret pater familias
qua hora fur ueniret. uigilaret utique. & non
sineret perfodi domum suam., & uos estote
parati. quia qua hora non putatis filius homi
nis uenit.,

Luc. lvii / v / can. cclxxv
Ait autem ei petrus, Domine ad nos dicis hanc para
bolam. an & ad omnes. Dixit autem dominus.,
Quis putas est fidelis dispensator & prudens.
quem constituit dominus super familiam suam. ut det
illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille
seruus. quem cum uenerit dominus. inuenerit (cum) ita
facientem., Uere dico uobis., Quia supra omnia
quae possidet. constituet illum.,

Luc. lviii / v / can. cclxxvii
Quod si dixerit seruus ille in corde suo. moram facit
dominus meus uenire. & coeperit percutere pueros
& ancillas. & edere & bibere & inebriari.. Ueniet
dominus serui illius in die qua non sperat. & hora
qua nescit & diuidet eum. partemque eius
cum infidelibus ponet.,

Luc. lviiii / x / sol.
Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini
sui. & non praeparauit. & non fecit secundum

uoluntatem eius. uapulabit multas.. Qui autem
non cognouit & fecit digna plagis uapulabit paucis;
omni autem cui multum datum est. multum
quaeretur ab eo; & cui commendauerunt multum.
plus petent ab eo..

LVC LX
AN XCV
Ignem ueni mittere in terram. & quid uolo. nisi iam
accendatur.. Baptisma autem habeo baptizari.
& quomodo coartor usque dum perficiatur.,
Putatis quia pacem ueni dare in terram. Non dico
uobis. sed separationem., Erunt enim ex hoc
quinque in domo una diuisi. tres in duos. & duo
in tres diuidentur; Pater in filium. & filius in
patrem suum; Mater in filiam. & filia in matrem;
socrus in nurum suam. & nurus in socrum suam.,

LVC LXI
AN CLXII
Dicebat autem & ad turbas; Cum uideritis nubem
orientem ab occasu. statim dicitis. Nymbus uenit
& ita fit., & cum austrum flantem dicitis. quia
aestus erit & fit; hypochritae. faciem caeli & terrae
nostis probare. Hoc autem tempus quomodo
non probatis.; Quid autem & a uobis ipsis non
iudicatis. quod iustum est.,

LVC LXII
AN XXXVI
Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem
in uia. da operam liberari ab illo.. Ne forte trahat te
ad iudicem. & iudex tradat te exactori. & ex
actor mittat te in carcerem., Dico tibi. non exies inde.

donec etiam nouissimum minutum reddas., 127.

XIII Luc. cxiii X Sol. ADERANT AUTEM QUIDAM IPSO 130 m
in tempore nuntiantes illi de galilaeis. quorum
sanguinem pilatus miscuit. cum sacrificiis eorum;
Et respondens. dixit illis., Putatis quod hi
galilaei prae omnibus galilaeis peccatores
fuerunt; quia talia passi sunt., Non dico uobis.
sed nisi poenitentiam habueritis. omnes similiter
peribitis., & Sicut illi decem et octo. supra quos
cecidit turris in siloam. et occidit eos., Putatis
quia et ipsi debitores fuerunt praeter omnes
homines habitantes in hierusalem. Non dico uobis.
sed si non paenitentiam egeritis (habueritis). omnes simi
liter peribitis.,

Luc. cxiiii X Sol. Dicebat autem hanc similitudinem., Arborem
fici habebat quidam plantatam in uinea sua.
Et uenit quaerens fructum in illa. et non inuenit.,
Dixit autem ad cultorem uineae., Ecce anni tres
sunt ex quo uenio quaerens fructum in ficulnea
hac. et non inuenio., succide ergo illam; ut quid
etiam terram occupat., At ille respondens. dixit
illi., Domine. dimitte illam et hoc anno usque dum
fodiam circa illam. et mittam stercora., Et si qui
dem fecerit fructum. si autem in futurum
succides eam., Erat autem docens in synagoga eorum

sabbatis ., & ecce mulier quae habebat spm̄
infirmitatis annis decem & octo . & erat inclina
ta . nec omnino poterat sursum respicere .,
Quam cum uideret ihs uocauit ad se . & ait illi .,
mulier . dimissa es ab infirmitate tua ., & inpo
suit illi manus . & confestim erecta est . & glori
ficabat dm̄ .,
luc clxv x dic xvi — Respondens autem archisynagogus . indignans
quia sabbato curasset ihs . dicebat turbae .,
sex dies sunt in quibus oportet operari . in his ergo
uenite & curamini . & non in die sabbati ., Respondit
autem ad illum dn̄s . & dixit ., hypochritae .
unusquisque uestrum sabbato non soluit bouem
suum . aut asinum a praesepio . & ducit adaquare .,
hanc autem filiam abrahae . quam alligauit
satanas . ecce decem & octo annis . non oportuit
solui a uinculo isto die sabbati .,
luc clxvi x sol — Et cum haec diceret . erubescebant omnes aduer
sarii eius ., & omnis populus gaudebat in uni
uersis . quae gloriose fiebant ab eo .,
luc lxvii ii dic cxxxvii orr xliiii — Dicebat ergo ., Cui simile est regnum dī . & cui
simile esse existimabo illud ., simile est grano sinapis .
quod acceptum homo misit in hortum suum .,
& creuit & factum est in arborem magnam . & uolu
cres caeli requieuerunt in ramis eius .,

Luc.clxviii V Dic.xxviii — Et iterum dixit., Cui simile aestimabo regnum di., 128
simile est fermento. quod acceptum mulier abscon
dit in farinae sata tria. donec fermentaretur totum.,

Luc.clxviiii II Dic.lxxvi Om.l.ii — Et ibat per ciuitates & castella docens. & iter
faciens in hierusalem.;

Luc.clxx V Dic.lv — Ait autem illi quidam.; Dne. si pauci sunt qui saluan
tur. Ipse autem. dixit ad illos.; Contendite intrare
per angustam portam. quia multi dico uobis.
quaerunt intrare & non poterunt.;

Luc.clxxi V Dic.lx — Cum autem intrauerit pater familias & cluserit
ostium. & incipietis foris stare. & pulsare ostium
dicentes.; Dne. aperi nobis.; & respondens. dicet
uobis; Nescio uos unde sitis.; Tunc incipietis
dicere.; Manducauimus coram te & bibimus.
& in plateis nostris docuisti.; & dicet uobis.; Nescio
uos unde sitis.; Discedite a me. omnes operarii
iniquitatis; ibi erit fletus. & stridor dentium;

Luc.clxxii V Om.lxv — Cum uideritis abraham & isaac & iacob. & omnes
prophetas in regno di. uos autem expelli foras.;
& uenient ab oriente & occidente. & aquilone
& austro. & accumbent in regno di.;

Luc.clxxiii II Dic.xcviiii Om.cxi — Et ecce sunt nouissimi qui erant primi. & sunt
primi qui erant nouissimi.,

Luc.clxxiiii X Sol. — In ipsa die accesserunt quidam pharisaeorum.
dicentes illi., Exi & uade hinc. quia herodes

uult te occidere., & ait illis. Ite & dicite uulpi illi.,
Ecce eicio daemonia. & sanitates perficio hodie
& cras. & tertia die consummor., Uerumtamen.
oport& me hodie & cras & sequenti ambulare.
quia non capit proph&am perire extra hierusalem;
Lu clxxv / Mt ccxli — Hierusalem hierusalem quae occidis proph&as
& lapidas eos qui mittuntur ad te., Quotiens
uolui congregare filios tuos. Quem admodum
auis nidum suum sub pinnis & noluisti., Ecce
relinqu&ur uobis domus uestra., Dico
autem uobis., Quia non uidebitis me donec ueniat
cum dic&is, benedictus qui uenit in nomine d͞ni.,

[lg cam] XIIII ET FACTUM EST CUM INTRARET IN
Lu clxxvi / sol — domum cuiusdam principis pharisaeorum sabbato
manducare panem. & ipsi obseruabant eum;, & ecce
homo quidam hydropicus. erat ante illum;,
Lu clxxvii / Mt cxvi / Mr xxv — Et respondens ih͞s. dixit ad legis peritos & pharisaeos
dicens., si lic& sabbato curare. At illi. tacuerunt.,
Ipse uero adpraehensum sanauit eum. ac dimisit.,
& respondens ad illos. dixit;, Cuius uestrum
asinus aut bos in puteum cadit. & non continuo
extrahit illum die sabbati. & non poterant
ad haec respondere illi;
Lu clxxviii / sol — Dicebat autem & ad inuitatos parabolam. Inten
dens quomodo primos accubitos eligerent.

dicens ad illos; Cum Inuitatus fueris ad nup
tias. Non discumbas In primo loco. Ne forte
honoratior te sit Inuitatus ab illo. & ueniens is
qui te & illum uocauit. dicat tibi, Da huic
locum., & tunc Incipias cum rubore. Nouissi
mum locum tenere., Sed cum uocatus fueris.
uade recumbe In nouissimo loco., Ut cum uenerit
qui te Inuitauerit [uit]. dicat tibi; Amice. ascende
superius., Tunc erit tibi gloria; coram simul
discumbentibus;

Luc clxxviiii v Mt ccxxxi Quia omnis qui se exaltat humiliabitur.
& [qui] se humiliat. exaltabitur.,

Luc clxxx x sol Dicebat autem & ei qui se Inuitauerat;, Cum facis
prandium aut caenam. Noli uocare amicos
tuos. Neque fratres tuos. Neque cognatos.
Neque uicinos diuites. Ne forte & ipsi te re In
uitent. & fiat tibi r&ributio., Sed cum facis
conuiuium. Uoca pauperes. debiles. claudos.
caecos. & beatus eris. quia non habent r&ri
buere tibi. r&ribu&ur enim tibi In resurrec
tione iustorum., Haec cum audiss& quidam
de simul discumbentibus. dixit illi., Beatus
qui manducabit panem In regno dī..

Luc clxxxi v Mt ccxxi At ipse dixit ei.. Homo quidam fecit caenam
magnam. & uocauit multos.; & misit seruum suū

hora caenae dicere inuitatis ut uenirent. quia
iam parata sunt omnia. Et coeperunt simul
omnes excusare. Primus dixit ei. Villam
emi. et necesse habeo exire et uidere illam.
Rogo te. habe me excusatum. Et alter dixit.
Iuga boum emi quinque. et eo probare illa.
Rogo te. habe me excusatum. Et alius dixit.
Uxorem duxi. et ideo non possum uenire. Et re
uersus seruus. Nuntiauit haec domino suo.
Tunc iratus pater familias. dixit seruo suo.
Exi cito in plateas et uicos ciuitatis. et paupe
res ac debiles. et caecos et claudos introduc huc.
Et ait seruus. Dne. factum est ut imperasti. et ad
huc locus est. Et ait dns seruo. Exi in uias et
sepes. et conpelle intrare. ut impleatur domus mea.
Dico autem uobis. Quod nemo uirorum illorum
qui uocati sunt. gustabit caenam meam.

Luc clxxxii
Am xcvi
Ibant autem turbae multae cum eo. Et conuersus.
dixit ad illos. Si quis uenit ad me et non odit
patrem suum et matrem. et uxorem. et filios.
et fratres. et sorores. adhuc autem et animam
suam. Non potest meus esse discipulus. Et qui
non baiulat crucem suam et uenit post me.
Non potest meus esse discipulus.

Luc clxxxiii
Sol.
Quis enim ex uobis uolens turrem aedificare.

haec autem ex quo intrauit. non cessauit 114
osculari pedes meos. Oleo capud meum non
unxisti. haec autem unguento unxit pedes meos.
Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata
multa. quoniam dilexit multum. Cui autem minus
dimittitur. minus diligit. Dixit autem ad illam.
Remittuntur tibi peccata. Et coeperunt qui
simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic.
qui etiam peccata dimittit. dixit autem ad
mulierem. fides tua te saluam fecit. Uade in pace.

Lu lxxv X sol. Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat per 8 CI
ciuitates et castellum praedicans et euangelizans
regnum dei. et duodecim cum illo. et mulieres aliquae
quae erant curatae ab spiritibus malignis. et in
firmitatibus. Maria quae uocatur magdalenae
de qua daemonia septem exierant. et iohanna
uxor cuza procuratoris herodis. et susanna
et aliae multae quae ministrabant ei de facul
tatibus suis.

Lu lxxvi T II Tr cxxxi Om xxxvi Cum autem turba plurima conueniret. et de ciuita
tibus properarent ad eum. dixit per similitudinem.
Exiit qui seminat seminare semen suum. et dum semi
nat. aliud caecidit secus uiam. et conculcatum est.
et uolucres caeli comederunt illud. et aliud caecidit
supra petram. et natum aruit. quia non habebat

humorem ;, & aliud caecidit inter spinas · & simul
exortae spinae suffocauerunt illud ;, & aliud caecidit
in terram bonam · & ortum fecit fructum centuplum ;,
haec dicens · clamabat ;, Qui hab& aures audiendi ·
audiat ;, Interrogabant autem eum discipuli eius ·
quae ess& haec parabola ; Quibus ipse dixit ;, Uobis
datum est nosse mysterium regni di ·

Lu LXXVII I · Mt CXXXIII · Mr XXXVII · Io CVIIII
Ceteris autem in parabolis ;, Ut uidentes non uideant ·
& audientes non intellegant ;,

Lu LXXVIII II · Mt CXXXV · Mr XXXVIII
Est autem haec parabola :, Semen · est uerbum di ;,
qui autem secus uiam :, hi sunt qui audiunt ;,
Deinde uenit diabolus · & tollit uerbum de corde eorum ·
ne credentes salui fiant ;, Nam qui supra p&ram ·
hi sunt qui cum audierint · cum gaudio suscipiunt uerbum ;,
& hi radices non habent · qui ad tempus credunt ·
& in tempore temptationis recedunt ;, Quod autem
in spinis caecidit · hi sunt qui audierunt ;, & a solli
citudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitae · euntes
suffocantur · & non referunt fructum ;, Quod autem
in bonam terram · hi sunt qui in corde bono & optimo ·
audientes uerbum r&inent ·· & fructum ad
ferunt · in patientia ·,

Lu LXXVIIII II · Mt XXXII · Mr XXXVIIII
Nemo autem lucernam accendens operit eam uase ·
aut subtus lectum ponit · sed supra candelabrum
ponit · ut intrantes uideant lumen ·,

Lu lxxx II Mt xcii Mr xl Non est enim occultum . quod non manifestetur . 115
nec absconditum . quod non cognoscatur . et in pa
lam ueniat .,

Lu lxxxi V Mt cxxxii Uidete ergo quomodo audiatis . Qui enim habet dabitur
illi ., et quicumque non habet . etiam quod putat
se habere . auferetur ab illo .,

Lu lxxxii II Mt cxxxc Mr xxxv Venerunt autem ad illum mater et fratres eius . et non
poterant adire eum prae turba ; et nuntiatum
est illi ., Mater tua et fratres tui . stant foris
uolentes te uidere ., Qui respondens . dixit ad eos .,
Mater mea et fratres mei . hi sunt qui uerbum dei
audiunt et faciunt .,

Lu lxxxiii II Mt lxxiiii Mr xlvii Factum est autem in una dierum . et ipse ascendit
in nauiculam et discipuli eius . et ait ad illos .,
Transfretemus trans stagnum ; et ascenderunt ; Naui
gantibus autem illis . obdormiuit ; et descendit
procella uenti in stagnum . et conplebantur et peri
clitabantur ., Accedentes autem . suscitauerunt
eum dicentes ., Praeceptor . perimus ., At ille
surgens . increpauit uento et tempestati aquae .
et cessauit . et facta est tranquillitas ., Dixit autem
illis ., Ubi est fides uestra . Qui timentes . mirati
sunt dicentes ad inuicem ., Quis putas hic est . quia
et uentis imperat et mari . et oboediunt ei ., Et nauiga
uerunt autem ad regionem gerasenorum quae est

contra galileam., & cum egressus ess& ad terram.
occurrit illi uir quidam qui habebat daemonium.
iam temporibus multis. & uestimento non indu
ebatur neque in domo manebat. sed in monumentis.,
Is ut uidit ihm procidit ante illum. & exclamans
uoce magna dixit., Quid mihi & tibi est ihu fili dei
altissimi? obsecro te. ne me torqueas., Praecipi
ebat enim spiritui inmundo. ut exir& ab homine.,
Multis enim temporibus arripiebat illum. & uinci
ebatur catenis & compedibus custoditus. & ruptis
uinculis agebatur a daemonio in deserta., Interro
gauit autem illum ihs dicens., Quod tibi nomen
est. at ille dixit., legio.. quia intrauerant daemonia
multa in eum., & rogabant illum ne imperar& illis.
ut in abyssum irent.. Erat autem ibi grex porcorum
multorum pascentium in monte. & rogabant eum
ut permitter& eis in illos ingredi. & permisit illis.,
Exierunt ergo daemonia ab homine. & intraue
runt in porcos., & impetu abiit grex per praeceps
in stagnum. & suffocatus est.. Quod ut uiderunt
factum qui pascebant fugerunt. & nuntiauerunt
in ciuitate & in uillas., Exierunt autem uidere
quod factum est. & uenerunt ad ihm. & inuene
runt hominem sedentem a quo daemonia exi
erant uestitum ac sana mente ad pedes eius. & timuerunt.,

Nuntiaverunt autem illis & qui viderant . 116
quomodo sanus factus ess& a legione .. & rogave
rum illum omnis multitudo regionis geraseno
rum ut discedere& ab ipsis. quia timore magno
tenebantur .,

Lu LXXXIIII VIII Mt XLVIII
Ipse autem ascendens navem reversus est. & roga
bat illum vir a quo daemonia exierant ut cum
eo ess& ., Dimisit autem eum ihs dicens. redi
domum tuam. & narra quanta tibi fecit (cerit) ds.
& abiit per universam civitatem praedicans.
quanta illi fecisse& ihs .,

VII Lu LXXXV II Mt LXXIIII Mr XLVIIII
FACTUM EST AUTEM CUM REDISSET IHS.
excepit illum turba; erant enim omnes expec
tantes eum. & ecce venit vir (·adithm) cui nomen iairus.
& ipse princeps synagogae erat. & cecidit ad pedes
ihu. rogans eum ut intrare& in domum eius.
quia filia unica erat illi. fere annorum duode
cim. & haec moriebatur ., & contigit dum ire&.
a turbis conprimebatur ., & mulier quaedam
erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim.
quae in medicos erogaverat omnem substantiam
suam. nec ab ullo potuit curari ., Accessit retro
& tetigit fimbriam vestimenti eius. & confestim
stetit fluxus sanguinis eius; & ait ihs., Quis est
qui me tetigit. Negantibus autem omnibus.

dixit petrus. & qui cum illo erant.; Praeceptor. turbae
te conprimunt & affligunt. & dicis. quis me tetigit.
& dixit ihs.; tetigit me aliquis; Nam & ego noui uirtu
tem de me exisse.; Uidens autem mulier quia non
latuit tremens uenit. & procidit ante pedes illius.
& ob quam causam tetigerit eum Indicauit coram
omni populo. & quemadmodum confestim sanata sit.;
At ipse. dixit illi.; filia. fides tua te saluam fecit.
uade In pace.; Adhuc illo loquente uenit ad principe
synagogae dicens ei; quia mortua est filia tua.
Noli uexare illum.; Ihs autem audito hoc uerbo.
respondit patri puellae; Noli timere; crede tantum.
& salua erit.; & cum uenisset ad domum. Non permisit
Intrare secum quemquam. Nisi petrum & iacobum
& iohannem. & patrem & matrem puellae.
flebant autem omnes. & plangebant illam; At ille dixit.
Nolite flere.; Non est mortua. sed dormit.; & deri
debant eum. scientes quia mortua esset.; Ipse autem
tenens manum eius. clamauit dicens.; puella.
surge; & reuersus est sps eius. & surrexit continuo.
& iussit illi dari manducare; & stupuerunt parentes
eius. quibus praecepit ne alicui dicerent. quod
factum erat.

VIII
Lc lxxxvi
Mt lxxviii
Mr xxviii

CONUOCATIS AUTEM DUODECIM APOSTOLIS
dedit illis uirtutem & potestatem super omnia daemonia.

et ut languores curarent. Et misit illos praedi 117.
care regnum di. Et sanare infirmos.

Lu lxxxvii · II · Mt lxxxii · Mr liii
Et ait ad illos. Nihil tuleritis in uia. Neque uirgam.
Neque peram. Neque panem. Neque pecuniam.
Neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque
domum intraueritis. ibi manete. Et inde ne exeatis.

Lu lxxxviii · II · Mt lxxxv · Mr lv
Et quicumque non receperint uos. exeuntes de ciui
tate illa. Etiam puluerem pedum uestrorum.
excutite in testimonium supra illos.

Lu lxxxviiii · VIII · Mr lvi
Egressi autem circuibant castella euangeli
zantes. Et curantes ubique.

Lu xc · II · Mt cxliii · Mr lvii
Audiuit autem herodes tetrarcha omnia quae fiebant
ab eo. Et hesitabat eo quod diceretur a quibusdam
quia iohannes surrexit a mortuis. A quibusdam
uero quia helias apparuit. ab aliis autem. quia
propheta unus de antiquis surrexit. Et ait herodes.
Iohannem autem [ego] decollaui. Quis autem est iste.
de quo audio ego talia. Et quaerebat uidere eum.

Lu xci · VIII · Mr lxi
Et reuersi apostoli. narrauerunt illi quaecumque fecerunt.

Lu xcii · IV · Mt cxlvi · Io xlvii
Et adsumptis illis secessit seorsum in locum desertum.
qui est bethsaida. Quod cum cognouissent turbae
secutae sunt illum. Et excepit illos. Et loquebatur
illis de regno di. Et eos qui cura indigebant sanabat.

Lu xciii · I · Mt cxlvii · Mr lxiiii · Io xlviii
Dies autem coeperat declinare. Et accedentes duo
decim. dixerunt illi. Dimitte turbas ut euntes

Incastella . uillasque quaecircasunt deuertant &In
ueniant escas . quiahicInlocodesertosumus ., Aitautem
adillos ., Uosdate illismanducare ., Aitilli dixerunt .,
Nonsunt nobis plus quam quinque panes &duo
pisces . Nisiforte nos eamus . &emamus Inomnem
hancturbam escas ., Erant autem fereuiri quinque
milia ., Aitautem addiscipulossuos ., facite illos discum
bereperconuiuia quinquagenos . &itafecerunt .,
&discubuerunt omnes ., Acceptis autem quinque
panibus &duobus piscibus . respexit Incaelum .
&benedixitillis . &fregit &distribuit discipulis
suis . utponerent ante turbas ., &manducauerunt
omnes . &saturatisunt ., &sublatumest quodsuper
fuit illis fragmentorum . cophini duodecim .,

Lu xciiii
I
Mt clxvi
Mr lxxxii
Io lxxxiiii

Etfactumest cumsolus esset orans . erant cumillo
&discipuli . &Interrogauit illos dicens ., Quemme
dicunt esse turbae . Atilli responderunt &dixe
runt . Iohannem baptistam ., Alii autem heliam .
Alii quia propheta unus deprioribus surrexit .
Dixit autem illis ., Uos autem quemme esse dicitis .
Respondens symon petrus dixit ; xpm̄ dī .,

Lu xcv
II
Mt clxviii
Mr lxxxiii

Atille Increpans illos . praecepit necui dicerent hoc .
dicens . quiaoportet filiumhominis multapati
&reprobari asenioribus &principibus sacerdotum
&scribis . &occidi &tertiadie resurgere .,

Lu xcvi I clxx om lxxxv Dicebat autem ad omnes. si quis uult post me uenire 118
abneg& se ipsum. & tollat crucem suam cottidie
& sequatur me., Qui enim uoluerit animam
suam saluam facere. perd& illam., Nam qui per
diderit animam suam propter me. saluam faci&
illam., Quid enim proficit homo si lucr&ur uni
uersum mundum. se autem ipsum perdat. & de
trimentum sui faciat.,

Lu xcvii II xcviii om lxxxvi. Nam qui me erubuerit & meos sermones. hunc filius
hominis erubesc& cum uenerit in maiestate sua
& patris & scorum angelorum.,

Lu xcviii II clxxxii om lxxxvii Dico autem uobis., uere sunt aliqui hic stantes qui
non gustabunt mortem. donec uideant regnum di;

VIIII. FACTUM EST AUTEM POST HAEC UERBA
fere dies octo. & adsumpsit p&rum & iacobum
& iohannem. & ascendit in montem ut orar&.,
& factum est dum orar& species uultus eius altera.
& uestitus eius albus refulgens; & ecce duo
uiri loquebantur cum illo., Erant autem moyses
& helias. uisi in maiestate., & dicebant excessum
eius. quem completurus erat in hierusalem
p&rus uero & qui cum illo grauati erant somno.,
& euigilantes uiderunt maiestatem eius. & duos
uiros qui stabant cum illo., & factum est dum
discederent ab illo. ait p&rus ad ihm.,

Praeceptor. bonum est nos hic esse. & faciamus tria
tabernacula., Unum tibi & unum moysi. & unum
heliae. Nesciens quid diceret., Haec autem illo
loquente. facta est nubes & obumbrauit eos & timuerunt.,
Intrantibus illis in nubem. & uox facta est de nube
dicens., Hic est filius meus dilectus. Ipsum audite;
& dum fieret uox. Inuentus est ihs solus; & ipsi tacu
erunt & nemini dixerunt. In illis diebus quicquam
ex his quae uiderant.,

Lu xcviii II Ca clxxiiii om xci Factum est autem in sequenti die descendentibus illis
de monte. occurrit illi turba multa., & ecce uir de
turba. exclamauit dicens., Magister obsecro te
respice in filium meum. quia unicus est mihi.,
& ecce spiritus adpraehendit illum. & subito clamat.
& elidit & dissipat eum cum spuma. & uix discedit
dilanians eum. & rogaui discipulos tuos ut eicerent
illum. & non potuerunt., Respondens autem ihs.
dixit., O generatio infidelis & peruersa. Usquequo
ero apud uos & patiar uos. Adduc huc filium tuum.,
Et cum accederet. elisit illum daemonium & dissipauit;
& increpauit ihs spiritum inmundum. & sanauit
puerum. & reddidit illum patri eius.,

Lu c VIII om lxxv Stupebant autem omnes in magnitudine di.,

Lu ci II Ca clxxvi om xciii Omnibusque mirantibus in omnibus quae faciebat.
Dixit ad discipulos suos., Ponite uos in cordibus uestris

sermones istos. filius enim hominis futurum est ut 119
tradatur in manus hominum. At illi ignorabant
uerbum istud. & erat uelatum ante eos ut non sentirent
illud. & timebant interrogare eum de hoc uerbo.,

LVC II ✠ II CLXXVIII omi XCV

Intrauit autem cogitatio in eos. quis eorum maior esset;
At ihs uidens cogitationes cordis illorum. adpraehen
dens puerum statuit illum secus se. & ait illis.,
Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo.
me recipit., & quicumque me receperit (cipit). recipit eum
qui me misit., Nam qui minor est inter omnes uos.
hic maior est.,

LVC III VIII omi XCVII

Respondens autem iohannes dixit., Praeceptor.
uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia.
& prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum.,
& ait ad illum ihs. Nolite prohibere. Qui enim
non est aduersum uos. pro uobis est.,

LVC IIII X Sol.

Factum est autem dum conplerentur dies adsumpti
onis eius. & ipse faciem suam firmauit ut iret
hierusalem. & misit nuntios ante conspectum suum.,
& euntes intrauerunt in ciuitatem samaritano
rum. ut pararent illi., & non receperunt eum.
quia facies eius erat euntis hierusalem., Cum
uidissent autem discipuli eius. iacobus & iohannes.
dixerunt., Dne. uis dicimus ut ignis descendat
de caelo & consumat illos; & conuersus. increpauit

illos dicens., Nescitis cuius sps estis., Filius hominis
non uenit animas perdere. sed saluare., Et abierunt
In aliud castellum.,

Lu CV Al LXVIII Factum est autem ambulantibus illis In uia. dixit
quidam ad illum. sequar te quocumque ieris; Et ait
illi ihs., Uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos.
Filius autem hominis non habet ubi capud [t suum] reclinet.,
Ait autem ad alterum. sequere me; ille autem dixit.,
dne. permitte [mihi] primum ire et sepelire patrem meum.,
Dixitque ei ihs., sine ut mortui sepeliant mortuos
suos; Tu autem uade adnuntia regnum di.,

Lu CVI Sol Et ait alter. sequar te dne. sed primum permitte
mihi renuntiare his qui domi sunt; Ait ad illum ihs.
Nemo mittens manum suam In aratrum et aspiciens
retro. aptus est regno di.,

10.CII X Lu CVII Sol POST HAEC AUTEM DESIGNAUIT DNS
et alios septuaginta duos. et misit illos binos ante
faciem suam. In omnem ciuitatem et locum quo
erat ipse uenturus; Et dicebat illis.,

Lu CVIII Al LXXVIII Messis quidem multa operarii autem pauci. rogate
ergo dnm messis. ut mittat operarios In messem.,

Lu CVIIII Al LXXXVI Ite ecce ego mitto uos. sicut agnos Inter lupos.,

Lu CX Al LXXXII Om LIII Nolite portare sacculum. Neque peram. Neque calcia
menta. et neminem per uiam salutaueritis.,

Lu CXI Al LXXXIIII In quamcumque domum Intraueritis. primum dicite.

pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis. requi 120
escet super illam pax uestra. sin autem ad uos
reuertetur.,

LV CXII · II · MT LXXXIII · MR LIII
In eadem autem domo manete. edentes & bibentes
quae apud illos sunt. dignus est enim operarius mercede sua.,

LV CXIII · X · SOL
Nolite transire de domo in domum., & in quamcum
que ciuitatem intraueritis & susceperint uos.
manducate quae adponuntur uobis. & curate in
firmos qui in illa sunt. & dicite illis. adpropinqua
uit in uos regnum di.,

LV CXIIII · II · MT LXXXV · MR LV
In quamcumque in ciuitatem intraueritis & non re
ceperint uos. exeuntes in plateas eius dicite. & iam
puluerem qui adhesit nobis de ciuitate uestra ex
tergimus in uos., Tamen hoc scitote quia adpro
pinquauit regnum di; Dico uobis. quia sodomis
in die illa remissius erit. quam illi ciuitati.,

LV CXV · V · MT CVIII
Uae tibi corozain. uae tibi bethsaida. quia si in tyro
& sydone factae fuissent uirtutes quae in uobis factae
sunt. olim in cilicio & cinere sedentes paeniterent.,
Uerumtamen tyro & sydoni remissius erit in iudicio
quam uobis., Et tu capharnaum usque ad caelum
exaltata. usque ad infernum dimergeris.,

LV CXVI · I · MT XCVIII · MR XCVI · IO CXX
Qui uos audit. me audit; & qui uos spernit. me spernit.;
qui autem me spernit. spernit eum qui me misit.;

LV CXVII · X · SOL
Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes.,

dne. & iam daemonia subiciuntur nobis in nomine
tuo, & ait illis.; Uidebam satanan. sicut fulgur
de caelo cadentem; Ecce dedi uobis potestatem calcandi
supra serpentes & scorpiones. & supra omnem uirtutem
inimici. & nihil uos nocebit; Uerumtamen in hoc
nolite gaudere. quia sps uos subiciuntur; gaudete
autem. quod nomina uestra scripta sunt in caelis.;

Luc xvii V Mt cx — In ipsa hora exultauit spu sco & dixit.; Confiteor
tibi pater dne caeli & terrae quod abscondisti haec
a sapientibus & prudentibus. & reuelasti ea paruulis.;
& iam pater. quia sic placuit ante te.;

Luc xviii III Mt cxi & cxii Io lxxvii — Omnia mihi tradita sunt a patre meo; & nemo scit
quis sit filius nisi pater. & quis sit pater nisi filius.
& cui uoluerit filius reuelare.;

Luc xx V Mt cxxxv — Et conuersus ad discipulos suos dixit; Beati
oculi qui uident. quae uos uidetis.; Dico enim uobis.
quod multi prophetae & reges uoluerunt uidere
quae uos uidetis. & non uiderunt.; & audire quae
auditis. & non audierunt;

Luc xxi II Mt cxxiii Mr cvii — Et ecce quidam legis peritus surrexit. temptans
illum & dicens.; Magister. quid faciendo uitam
aeternam possidebo. At ille. dixit ad eum;. In lege
quid scriptum est quomodo legis. Ille respondens.
dixit; Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo.
& ex tota anima tua. & ex omnibus uiribus tuis.

& ex omni mente tua. & proximum tuum sicut 121
te ipsum., Dixit que illi; Recte respondisti
hoc fac & uiues.,
Lvc XXII Sol. Ille autem uolens iustificare seipsum. dixit ad ihm.,
& quis est meus proximus. Suspiciens autem
ihs dixit;, Homo quidam descendebat ab hierusa
salem in hiericho. & incidit in latrones;, qui etiam
despoliauerunt eum. & plagis inpositis abierunt
semi uiuo relicto;, Accidit autem ut sacerdos quidam
descenderet eadem uia. & uiso illo praeteriuit;,
Similiter & leuita cum esset secus locum. & uideret
eum pertransiit.; Samaritanus autem quidam
iter faciens. uenit secus eum. & uidens eum miseri
cordia motus est.; & adpropians alligauit uulne
ra eius. infundens oleum & uinum.; & inponens
illum in iumentum suum. duxit in stabulum.
& curam eius egit.; & altera die protulit duos
denarios. & dedit stabulario & ait.; Curam illius
habe; & quodcumque super erogaueris. ego
cum rediero reddam tibi.; Quis horum trium
uidetur tibi proximus fuisse. illi qui incidit in
latrones. At ille. dixit;, Qui fecit misericordi
am in illum.; & ait illi ihs., Uade & tu fac similiter.,
Factum est autem dum irent. & ipse intrauit in quod
dam castellum. & mulier quaedam martha nomine.

excepit illum in domum suam; & huic erat soror
nomine maria. quae etiam sedens secus pedes dni.
audiebat uerbum illius; martha autem satagebat.
circa frequens ministerium; quae stetit & ait;
Dne. non est tibi curae. quod soror mea reliquid me
solam ministrare. dic ergo illi. ut me adiuuet.;
& respondens. dixit illi dns.; martha martha. sollicita
es & turbaris erga plurima., porro unum est neces
sarium;, maria optimam partem elegit. quae
non auferetur ab ea.,

XI CII — XI Luc xxiii Dom xl iiii

ET FACTUM EST CUM ESSET IN LOCO
quodam orans. ut cessauit. dixit unus ex discipulis
eius ad eum., Dne. doce nos orare. sicut & iohannis
docuit discipulos suos. & ait illis., Cum oratis dicite.,
Pater. scificetur nomen tuum. adueniat regnum
tuum. Panem nostrum cotidianum da nobis cotidie.
& dimitte nobis peccata nra. siquidem & ipsi dimit
timus omni debenti nobis. & ne nos inducas in
temptationem.,

Luc xxiiii X Sol

Et ait ad illos., Quis uestrum habebit amicum.
& ibit ad illum media nocte. & dicet illi, amice.
commoda mihi tres panes. quo amicus meus uenit
de uia ad me. & non habeo quod ponam ante illum.,
& ille deintus respondens. dicat; Noli mihi moles
tus esse; iam ostium clausum est. & pueri mei

Non prius sedens computat sumptos qui neces 130·
sarii sunt si habet ad perficiendum· Ne posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere· Omnes qui uident· Incipiant inludere ei dicentes; Quia hic homo coepit aedificare· et non potuit consummare;, Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem· Non sedens prius cogitat si possit cum undecem milibus occurrere ei· qui cum uiginti milibus uenit ad se·, Alioquin adhuc illo longe agente· legationem mittens· rogat ea quae pacis sunt;,

LUC CLXXXIIII V XCVI Si ergo omnis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possedit· Non potest meus esse discipulus·;

XV LUC CLXXXV II XXXI MT CII BONUM EST SAL· SI AUTEM SAL QUOQUE LH·CII
euanuerit· In quo condietur· Neque in terram· Neque in sterquilinium utile est· sed foras mittetur·, Qui habet aures audiendi audiat·,

LUC CLXXXVI II LXXII MT XXII Erant autem adpropinquantes ei publicani et peccatores· ut audirent illum·; et murmurabant pharisaei et scribae· dicentes· Quia hic peccatores recipit· et manducat cum illis·;

LUC CLXXXVII V CLXXXII Et ait ad illos parabolam istam dicens·; Quis ex uobis homo· qui habet centum oues· et si perdiderit unam ex illis· Nonne dimittit nonaginta nouem in deserto· et uadit ad illam quae perierat·

donec inueniat illam .: & cum inuenerit eam .
imponit in humeros suos gaudens ; & ueniens domum .
conuocat amicos & uicinos . dicens illis ; Congratula
mini mihi . quia inueni ouem meam quae perierat ;
Dico uobis . quod ita gaudium erit in caelo super
uno peccatore paenitentiam agente . quam super
nonaginta nouem iustis . qui non indigent paenitentia ;
Luc clxxxviii x Sol. Aut quae mulier habens dragmas decem . si perdide
rit dragmam unam . Nonne accendit lucernam
& euerrit domum . & quaerit diligenter donec inueniat .
& cum inuenerit . conuocat amicas & uicinas dicens ;
Congratulamini mihi . quia inueni dragmam quam
perdideram ;
Luc clxxxviiii v Mt clxxxii Ita dico uobis . gaudium erit (in caelo) coram angelis di . super
uno peccatore . paenitentiam agente ;
Luc cxc x Sol. Ait autem ; homo quidam habuit duos filios . &
dixit adulescentior ex illis patri ., Pater . da mihi
portionem substantiae quae me contigit ., & diuisit
illis substantiam ., & non post multos dies . congre
gatis omnibus . adulescentior filius . peregre
profectus est in regionem longinquam . & ibi dissi
pauit substantiam suam uiuendo luxoriose .,
Et postquam omnia consummasset . facta est fames
ualida in regione illa . & ipse coepit egere ; & abiit .
& adhesit uni ciuium regionis illius . & misit illum

In uillam suam ut pascer& porcos. & cupiebat 131
Implere uentrem suum de siliquis quas porci mandu
cabant. & nemo illi dabat. In se autem reuersus.
dixit. Quanti mercennarii patris mei habundant
panibus. ego autem hic fame pereo. surgam
& ibo ad patrem meum. & dicam illi. Pater
peccaui in caelum & coram te. & iam non sum dignus
uocari filius tuus. fac me sicut unum de mercen
nariis tuis. & surgens. uenit ad patrem suum.
Cum autem adhuc longe ess&. uidit illum pater
ipsius. & misericordia motus est. & accurrens
cecidit super collum eius. & osculatus est eum.
Dixitque ei filius. Pater. peccaui in caelum
& coram te. iam non sum dignus uocari filius tuus.
Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte
stolam primam. & induite illum. & date anu
lum in manum eius. & calciamenta in pedes eius.
& adducite uitulum saginatum. & occidite.
& manducemus. & epulemur. Quia hic filius
meus mortuus erat & reuixit. perierat & inuen
tus est. & coeperunt aepulari. Erat autem
filius eius senior in agro. & cum ueniret
& adpropinquar& domui. audiuit sympho
niam & chorum. & uocauit unum de seruis.
& interrogauit quae haec essent. Is quae dixit illi.

frater tuus uenit. & occidit pater tuus uitulum
saginatum: quia saluum illum recepit. Indigna
tus est autem. & nolebat introire. Pater ergo illius
egressus. coepit rogare illum. At ille respondens.
dixit patri suo. Ecce tot anni seruio tibi. & num
quam mandatum tuum praeterii. & numquam
dedisti mihi hedum ut cum amicis meis epularer.
sed postquam filius tuus hic qui deuorauit sub
stantiam suam cum meretricibus uenit. occidisti
illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi. fili tu
semper mecum es. & omnia mea tua sunt.
Epulari autem & gaudere oportebat: quia frater
tuus hic mortuus erat & reuixit. Perierat.
16 cap & inuentus est. Dicebat autem & ad discipulos
suos. Homo quidam erat diues qui habebat
uilicum. & hic diffamatus est apud illum. quasi
dissipasset bona ipsius. & uocauit illum. & ait illi.
Quid hoc audio de te. redde rationem uilicationis
tuae: Iam enim non poteris uilicare. Ait autem
uilicus intra se. Quid faciam. quia dominus
meus aufert a me uilicationem. fodere non ualeo.
mendicare erubesco. scio quid faciam. Ut cum
amotus fuero a uilicatione. recipiant me in domos
suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus
domini sui. dicebat primo. Quantum debes domino meo.

At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. 132
Accipe cautionem tuam et sede cito. scribe quinqua
ginta. Deinde alio dixit. Tu uero quantum
debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi.
Accipe litteras tuas. et scribe octoginta. Et lauda
uit dns uilicum iniquitatis. quia prudenter
fecisset. Quia filii huius saeculi. prudentiores
filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis
dico. facite uobis amicos de mamona iniqui
tatis. ut cum defeceritis recipiant uos in aeterna
tabernacula. Qui fidelis est in minimo. et in maiore
fidelis est. Et qui in modico iniquus est. et in maiore
iniquus est. si ergo in iniquo mamona fideles
non fuistis. quod uerum est quis credet uobis.
Et si in alieno fideles non fuistis. quod uestrum est
quis dabit uobis.

Luc CXCI Mt XLVIII Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut
enim unum odiet. et alterum diliget. Aut uni
adherebit. et alterum contemnet. Non potestis
do seruire et mamona.

Luc CXCII Sol. Audiebant autem omnia haec pharisaei qui erant
auari. et deridebant illum. Et ait illis. Uos estis
qui iustificatis uos coram hominibus. ds autem
nouit corda uestra. Quia quod hominibus
altum est. abominatio est ante dm.

Lu cxcii / dn cv — Lex & prophetae usque ad iohannem ex eo regnum
di euangelizatur · & omnis in illud uim facit.,
Lu cxciiii / orn xxxiiii — Facilius est autem caelum & terram praeterire.
quam de lege unum apicem cadere.,
Lu cxcv / dn cxc / orn cv — Omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alteram
moechatur. & qui dimissam a uiro ducit moechatur.,
SXVI. Lu cxcvi / sol — HOMO QUIDAM ERAT DIUES· ET IN
duebatur purpura & bysso.· & epulabatur
cotidie splendide; & erat quidam mendicus
nomine lazarus. qui iacebat ad ianuam eius
ulceribus plenus.· cupiens saturari de micis quae
cadebant de mensa diuitis; sed & canes ueniebant.·
& lingebant ulcera eius.; Factum est autem ut mo
reretur mendicus.· & portaretur ab angelis in sinum
abrahae.; Mortuus est autem & diues.· & sepul
tus est in inferno.; Eleuans autem oculos suos
cum esset in tormentis.· uidit abraham a longe.
& lazarum in sinu eius.; & ipse clamans.· dixit.;
Pater abraham.· miserere mei.; & mitte lazarum
ut intinguat extremum digiti sui in aqua.· ut re
frigeret linguam meam. quia crucior in hac flamma.;
& dixit illi abraham.; fili recordare quia rece
pisti bona in uita tua.· & lazarus similiter mala.;
Nunc autem hic consolatur.· tu uero cruciaris.;
& in his omnibus inter nos & uos chaus magnum

firmatum est. ut hi qui uolunt hinc transire 133.
ad uos non possint. neque inde huc trans
meare. Et ait. Rogo ergo te pater. ut mittas
eum in domum patris mei. habeo enim quinque
fratres. ut testetur illis. ne et ipsi ueniant in
locum hunc tormentorum. Et ait illi abraham.
habent moysen et prophetas. audiant illos.
At ille dixit. Non pater abraham. sed si quis
ex mortuis ierit ad eos. paenitentiam agent.
Ait autem illi. si moysen et prophetas non audiunt.
neque si quis ex mortuis resurrex(er)it. credent.
LUC XCVII II MT CLXXVIIII MR XCVIIII Et ad discipulos suos ait. Inpossibile est. ut non ·21·ca.·
ueniant scandala. Uae autem illi. per quem ueni
unt. Utilius est illi. si lapis molaris inponatur
circa collum eius. et proiciatur in mare. quam
ut scandalizet unum de pusillis istis.
LUC XCVIII V MT CLXXXIII Adtendite uobis. si peccauerit frater tuus increpa
illum. et si paenitentiam egerit. dimitte illi.
LUC XCVIIII V MT CLXXXVII Et si septies in die peccauerit in te. et septies in die
conuersus fuerit ad te. dicens. paenitet me.
dimitte illi.
LUC CC V MT CLXXV Et dixerunt apostoli dno. adauge nobis fidem.
Dixit autem dns. si habueritis fidem sicut granū
synapis. diceretis huic arbori moro eradicare
et transplantare in mare. et oboediret uobis.

Lu cci
Sol.

Quis autem uestrum habens seruum arantem. aut
pascentem qui regresso de agro. dicit illi statim.
transi recumbe, & non dicit ei para quod caenem.
& praecinge te. & ministra mihi donec mandu
cem & bibam., & post haec tu manducabis & bibes.,
Numquid gratiam habet seruo illi. quia fecit quae
sibi imperauerat., Non puto. sic & uos cum fece
ritis omnia quae praecepta sunt uobis dicite.,
serui inutiles sumus. quod debuimus facere fecimus.,
Et factum est dum iret in hierusalem. transiebat
per mediam samariam & galilaeam., & cum in
grederetur quoddam castellum. Occurrerunt ei
decem uiri leprosi., Qui steterunt a longe. & leua
uerunt uocem dicentes., Ihu praeceptor. miserere
nostri., Quos ut uidit. dixit., Ite ostendite uos
sacerdotibus., & factum est dum irent. mundati sunt.,
Unus autem ex illis ut uidit quia mundatus est.
regressus est cum magna uoce magnificans dm.,
& cecidit in faciem ante pedes eius. gratias agens.
& hic erat samaritanus., Respondens autem ihs. dixit;
Nonne decem mundati sunt. & nouem ubi sunt.
Non est inuentus qui rediret & daret gloriam do.
nisi hic alienigena. & ait illi., surge uade. quia
fides tua te saluum fecit.,

Lu ccii
F cclv

Interrogatus autem a pharisaeis. quando uenit regnu dī,

Respondit eis. & dixit., Non uenit regnum di 134
cum obseruatione. Neque dicent ecce hic aut ecce
illic., Ecce enim regnum di intra uos est.,

LU CCIII X SOL. Et ait ad discipulos suos., Uenient dies quando deside
retis uidere unum diem filii hominis. & non uidebitis.,

LU CCIIII II MT CCLIII MR CCLVIII Et dicent uobis. ecce hic & ecce illic. Nolite ire.
Neque sectemini.,

LU CCV V MT CCLVI Nam sicut fulgor coruscans de subcaelo in ea quae
subcaelo sunt fulget. Ita erit filius hominis in die sua.,

LU CCVI II MT CLXVIII MR LXXXIII Primum autem oportet illum multa pati. & repro
bari a generatione hac.,

LU CCVII V MT CCLXI Et sicut factum est in diebus noe. Ita erit & in die
bus filii hominis., Edebant & bibebant uxores
ducebant & dabantur ad nuptias. Usque in diem
qua intrauit noe in arcam., & uenit diluuium.
& perdidit omnes.,

LU CCVIII X SOL. Similiter sicut factum est in diebus loth., Edebant
& bibebant. emebant & uendebant. plantabant
& aedificabant., Qua die autem exiit loth a sodo
mis. pluit ignem & sulphur de caelo. & omnes
perdidit. secundum haec erit. qua die filius
hominis reuelabitur.,

LU CCVIIII II MT CCXLVIII MR CXLIII In illa hora qui fuerit in tecto & uasa eius in domo.
Ne descendat tollere illa., & qui in agro. similiter
non redeat retro.,

Lu ccx V Sol — Memores estote uxoris loth.

Lu ccxi III Ma xcvii Io cv — Quicumque quaesierit animam suam saluam facere.
perdet illam. Et quicumque perdiderit illam.
uiuificabit eam.

Lu ccxii V Ma cclxii — Dico uobis. In illa nocte erunt duo in lecto uno. unus
adsumetur. et alter relinquetur. Duae erunt
molentes in unum. Una adsumetur. et altera
relinquetur. Duo in agro. unus adsumetur.
et alter relinquetur.

Lu ccxiii V Ma cclxiii — Respondentes dicunt illi. Ubi domine. Qui dixit eis.
ubicumque fuerit corpus. illuc congregabuntur
aquilae.

Lu ccxiiii X Sol — Dicebat autem et parabolam ad illos. quoniam oportet
semper orare. et non deficere dicens. Iudex quidam
erat in quadam ciuitate: qui deum non timebat.
et hominem non reuerebatur. Uidua autem
quaedam erat in ciuitate illa. et ueniebat ad
eum dicens. Uindica me de aduersario meo.
et nolebat per multum tempus. Post haec autem.
dixit intra se. Et si deum non timeo. nec hominem
reuereor; tamen quia molesta est mihi haec
uidua uindicabo illam. ne in nouissimo ueniens
sugillet me; Ait autem dominus. Audite quid iudex
iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam
electorum suorum clamantium ad se die ac nocte.

et patientiam habebit in illis. Dico uobis quia 135
cito faciet uindictam illorum. Uerumtamen
filius hominis ueniens putas inueniet fidem in
terra. Dixit autem et ad quosdam qui in se confi
debant tamquam iusti et aspernabantur ceteros
parabolam istam. Duo homines ascenderunt in
templum ut orarent. Unus pharisaeus et alter
publicanus. pharisaeus stans haec apud se orabat.
Ds gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri homi
num. Raptores iniusti adulteri uelut etiam
hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato decimas do
omnium quae possideo. Et publicanus a longe stans
nolebat nec oculos ad caelum leuare sed percuti
ebat pectus suum dicens Ds propitius esto mihi
peccatori. Dico uobis descendit hic iustificatus
in domum suam ab illo.

luc cxv v dcc xxxi Quia omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur.

luc cxvi ii dc xcii om cvi Adferebant autem ad illum et infantes ut eos tange
ret. Quod cum uiderent discipuli increpabant
illos. Ihs autem conuocans illos dixit sinite
pueros uenire ad me et nolite eos uetare talium
est enim regnum dei.

luc cxvii ii dc lxxviii om xcv Amen dico uobis quicumque non acceperit regnum
dei sicut puer non intrabit in illud.

Luc ccxviii / ii / dcxciii / om cvii

Et interrogauit eum quidam princeps dicens.,
Magister bone. Quid faciens uitam aeternam possidebo.
dixit autem ei ihs., Quid me dicis bonum. Nemo
bonus nisi solus ds., Mandata nosti. Non occides.
Non moechaberis. Non furtum facies. Non falsum
testimonium dices., Honora patrem tuum et matrem.,
qui ait., haec omnia custodiui a iuuentute mea.,

Luc ccxviiii / ii / dcxciiii / om cviii

Quo audito ihs. ait ei., Adhuc unum tibi deest.,
Omnia quaecumque habes uende et da pauperibus.
et habebis thesaurum in caelo. et ueni sequere me.,

Luc ccxx / ii / dcxcv / om cviiii

His ille auditis. contristatus est quia diues erat ualde.,
Uidens autem illum ihs tristem factum. dixit.,
Quam difficile qui pecunias habent in regnum di
intrabunt; facilius est enim camelum per foramen
acus transire. quam diuitem intrare in regnum di.,
Et dixerunt qui audiebant. et quis potest saluus fieri.
Ait illis., Quae inpossibilia sunt apud homines.
possibilia sunt apud dm., Ait autem petrus.,
Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te.,

Luc ccxxi / ii / dcxcviii / om cx

Quid erit eis., Amen dico uobis., Nemo est qui
reliquit domum. aut parentes. aut fratres.
aut uxorem aut filios. propter regnum di.,
et non recipiat multo plura in hoc tempore. et in
saeculo uenturo uitam aeternam.,

XVII

Luc ccxxii / ii / dcci / om cxii

ADSUMPSIT AUTEM IHS DUODECIM

discipulos suos & ait illis; Ecce ascendimus hierusolimam. 136.
& consummabuntur omnia quae scripta sunt per
prophetas de filio hominis; Tradetur enim genti
bus. & inludetur. & flagellabitur. & conspuetur;
& postquam flagellauerint occident eum. & die
tertia resurget;
LUC CCXXIII X SOL. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat uerbum
istud absconditum ab eis. & non intellegebant
quae dicebantur;
LUC CCXXIIII II DE CCV OM CXVI Factum est autem cum adpropinquaret hiericho.
caecus quidam sedebat secus uiam mendicans;
& cum audiret turbam praetereuntem. inter
rogabat quid hoc esset; Dixerunt autem ei.
quod ihs nazarenus transiret; & clamauit dicens;
Ihu fili dauid. miserere mei; & qui praeibant. incre
pababant eum ut taceret; Ipse uero multo
magis clamabat. fili dauid. miserere mei; Stans
autem ihs. iussit illum adduci ad se; & cum ad
propinquasset. interrogauit illum dicens;
Quid tibi uis faciam. At ille dixit; Dne. ut uideam;
Et ihs dixit illi; Respice. fides tua te saluum
fecit; & confestim uidit. & sequebatur
illum magnificans dm; & omnis plebs ut uidit.
dedit laudem do;
LUC CCXXV X SOL. Et ingressus ihs perambulabat hiericho. & ecce uir · 19. cap.

nomine zacheus. & hic erat princeps publicanorum
& ipse diues; & quaerebat uidere ihm quis esset.
& non poterat prae turba. quia statura pusillus
erat; & praecurrens ascendit in arborem
sicomorum. ut uideret illum. quia inde erat
transiturus; & cum uenisset ad locum. suspici
ens ihs uidit illum & dixit ad eum., Zachae
festinans descende. quia hodie in domo tua oportet
me manere.. & festinans descendit. & excepit illum
gaudens; & cum uiderent omnes murmurabant
dicentes. quod ad hominem peccatorem
diuertisset., stans autem zacheus. dixit ad dnm.,
Ecce dimidium bonorum meorum dne do paupe
ribus., & si quid aliquem defraudaui reddo
quadruplum., ait ihs ad eum., quia hodie salus
domui huic facta est. eo quod ipse filius sit abrahae.,

Lu ccxxvi V Mt clviii — Uenit enim filius hominis quaerere. & saluum
facere quod perierat.,

Lu ccxxvii X sol. — Haec illis audientibus. adiciens dixit parabolam.
eo quod esset prope hierusalem. & quia existi
marent. quod confestim regnum dī manifestaretur.,

Lu ccxxviii II Mt cclxxviii Mr cliiii — Dixit ergo. homo quidam nobilis abiit in regio
nem longinquam. accipere sibi regnum & reuerti;

Lu ccxxviiii V Mt cclxx — Vocatis autem decem seruis suis. dedit illis decem mnas.,
& ait ad illos;, Negotiamini dum uenio.,

Ciues autem eius oderant illum. & miserunt 137
legationem post illum dicentes., Nolumus
hunc regnare super nos., & factum est ut rediret.
accepto regno; & iussit uocari seruos quibus
dedit pecuniam. ut sciret quantum quisque
negotiatus esset., Uenit autem primus. dicens.,
Dne. mna tua. decem mnas adquisiuit;,
& ait illi., Euge bone serue; quia in modico
fidelis fuisti. eris potestatem habens supra decem
ciuitates., & alter uenit dicens., Dne. mna tua.
fecit quinque mnas., & huic ait., & tu esto supra
quinque ciuitates., & alter uenit dicens., dne.
ecce mna tua quam habui repositam in sudario.,
Timui enim te. quia homo austeris es. tollis
quod non posuisti. & metis quod non seminasti.,
Dicit ei., de ore tuo te iudico serue nequam;
sciebas quod ego austeris homo sum. tollens quod
non posui. & metens quod non seminaui., & quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam. & ego
ueniens cum usuris utique exegissem illud.,
& adstantibus dixit., auferte ab illo mnam.
& date illi qui decem mnas habet., & dixerunt ei;
Domine. habet decem mnas.,

Lu ccxxx / Mt ii cclxxi / Mr xlii
Dico autem uobis., quia omni habenti dabitur,
Ab eo autem qui non habet. & quod habet auferetur ab eo.,

Lu cc xxxi V mt cc lxxii Uerumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me
regnare super se adducite huc. & interficite ante
me., & his dictis praecedebat. ascendens hierusolimã.,

Lu cc xxxii II mt cc vi mr c xvii Et factum est cum adpropinquass& ad b&hfage
& b&haniã. ad montem qui uocatur oliu&i. misit
duos discipulos suos dicens., Ite in castellum quod
contra est. in quod introeuntes. inueni&is pullum
asinae alligatum. cui nemo umquam hominum
sedit; soluite illum & adducite; & si quis uos interroga
uerit. quare soluitis. sic dic&is ei. quia dns
opera eius desiderat.,

Lu cc xxxiii II mt cc vii mr c xviii Abierunt autem qui missi erant. & inuenerunt
sicut dixit illis. stantem pullum., soluentibus
autem illis pullum. dixerunt domini eius ad illos.,
quid soluitis pullum. At illi dixerunt., quia dns
eum necessarium hab&., & duxerunt illum
ad ihm., & iactantes uestimenta sua supra pullum.
inposuerunt ihm., Eunte autem illo. substerne
bant uestimenta sua in uia.,

Lu cc xxxiiii I mt cc viii mr c xviiii Io c Et cum adpropinquar& iam ad descensum montis
oliu&i coeperunt omnes turbae descendentium
gaudentes laudare dm uoce magna. super omni
bus quas uiderant uirtutibus dicentes., benedictus
qui uenit rex in nomine dni. pax in caelo.
& gloria in excelsis.,

Lu ccxxxv / V / Ma ccxiii — Et quidam pharisaeorum de turbis: dixerunt ad 138
illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibus
ipse ait. Dico uobis. Quia si hi tacuerint.
lapides clamabunt.

Lu ccxxxvi / X / Sol. — Et ut adpropinquauit. uidens ciuitatem. fleuit super
illam dicens; Quia si cognouisses & tu. & quidem
in hac die tua quae ad pacem tibi; Nunc autem.
abscondita sunt ab oculis tuis; Quia uenient dies
in te. & circumdabunt te inimici tui uallo;
Et circumdabunt te. & coangustabunt te undique;
& ad terram prosternent te. & filios tuos qui in te sunt;

Lu ccxxxvii / II / Ma ccxlii / Mr c xxxvii — Et non relinquent in te lapidem super lapidem.
eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuae;

Lu ccxxxviii / I / Ma ccxi / Mr c xxi / Io xxi — Et ingressus in templum. coepit eicere uendentes
in illo & ementes; dicens illis; Scriptum est. quia
domus mea domus orationis est. Uos autem.
fecistis ill eam speluncam latronum;

Lu ccxxxviiii / I / Mt ccxx / Mr c xxii / Io lxxxv — Et erat docens. cotidie in templo. Principes autem
sacerdotum & scribae & principes plebis. quaere
bant illum perdere. & non inueniebant quid face
rent illi. Omnis enim populus suspensus erat
audiens illum.

Lu ccxl / II / Ma ccxvii / Mr c xxvii — Et factum est in una dierum. docente illo populum 20 · cn
in templo. & euangelizante. Conuenerunt
principes sacerdotum & scribae cum senioribus.

et aiunt dicentes ad illum; Dic nobis in qua
potestate haec facis. aut quis est qui dedit tibi hanc
potestatem; Respondens autem. dixit ad illos.;
Interrogabo uos et ego unum uerbum. respondete
mihi; baptismum iohannis de caelo erat. an ex ho
minibus. At illi cogitabant inter se dicentes.,
Quia si dixerimus de caelo. dicet; quare ergo non credi
distis illi. Si autem dixerimus ex hominibus.
plebs uniuersa lapidabit nos., Certi sunt enim
iohannem prophetam esse; Et responderunt se
nescire unde esset; Et ihs ait illis., Neque ego dico uobis.
in qua potestate haec facio.,

LVC CCXLI
II
MT CCXVIIII
MR LXXVIII

Coepit autem dicere ad plebem parabolam hanc.,
homo plantauit uineam et locauit eam colonis.
et ipse peregre fuit multis temporibus; Et in tem
pore misit ad cultores seruum. ut de fructu uineae
darent illi., qui caesum dimiserunt eum inanem.,
Et addidit alterum seruum mittere; illi autem hunc
quoque caedentes. et afficientes contumelia. dimisse
runt inanem., Et addidit tertium mittere.,
Qui et illum uulnerantes eiecerunt., Dixit autem
dominus uineae., Quid faciam. mittam filium
meum dilectum. forsitan cum hunc uiderint uerebuntur.,
Quem cum uidissent coloni. cogitauerunt inter se
dicentes., hic est heres. occidamus illum. ut nostra fiat

hereditas.. Et eiectum illum extra uineam occide 139
runt., Quid faciet ergo illis dominus uineae.
ueniet et perdet colonos istos. Et dabit uineam aliis.,
Quo audito dixerunt illi., absit.. Ille autem aspi
ciens eos ait., Quid est ergo hoc quod scriptum est..
lapidem quem reprobauerunt aedificantes. hic factus
est in capud anguli. Omnis qui ceciderit supra illum
lapidem. conquassabitur., super quem autem
caeciderit comminuet illum.,

LVC CCXLII · I · MT CCXX · MR CXCVIII · IO LXXXVIII

Et quaerebant principes sacerdotum et scribae.
mittere in illum manus illa hora et timuerunt
populum., Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit
similitudinem istam..

XVIII

LVC CCXLIII · II · MT CCXXIII · MR CXXX

ET OBSERUANTES MISSERUNT
insidiatores qui se iustos simularent. ut caperent
eum in sermone. et traderent illum principatui
et potestati praesidis; Et interrogauerunt illum dicen
tes., Magister. scimus quia recte dicis et doces.
et non accipis personam. sed in ueritate uiam dei
doces., Licet nobis dare tributum caesari an non.;
Considerans autem dolum illorum. dixit ad eos.,
Quid me temptatis. Ostendite mihi denarium; cuius
habet imaginem et inscriptionem. respondentes
dixerunt; caesaris., Et ait illis., Reddite ergo
quae caesaris sunt caesari. et quae dei sunt deo..

& non potuerunt uerbum eius reprachendere
coram plebe; & mirati in responso eius tacuerunt.,
Accesserunt autem quidam sadducaeorum. qui
negant esse resurrectionem., & interrogauerunt
eum dicentes., Magister. moyses scripsit nobis.,
si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem.
& hic sine filiis fuerit. ut accipiat eam frater
eius uxorem. & suscitet semen fratri suo., septem
ergo fratres erant. & primus accepit uxorem.
& mortuus est sine filiis., & sequens accepit illam.
& ipse mortuus est sine filio., & tertius accepit illam.
similiter & omnes septem., & non reliquaerunt semen.
& mortui sunt., Nouissima omnium mortua est
& mulier., In resurrectione ergo cuius eorum erit
uxor., siquidem septem habuerunt eam uxorem.,
& ait illis ihs., filii saeculi huius nubunt. & tradun
tur ad nuptias., Illi uero qui digni habebuntur
saeculo illo. & resurrectione ex mortuis. Neque
nubunt. Neque ducunt uxores. Neque enim ultra
mori poterunt. aequales enim angelis sunt. & filii
sunt di cum sint filii resurrectionis; quia uero
resurgant mortui. & moyses ostendit secus rubum.
sicut dicit., Dnm dm abraham. & dm isaac. & dm
iacob., Ds autem non est mortuorum. sed uiuorum;
Omnes enim uiuunt ei., Respondentes autem

quidam scribarum dixerunt ., magister . benedixisti ., 140

Luc ccxliiii II Mt ccxxvi Mr cxxxiii

Et amplius non audebant eum . quicquam interrogare .,

Luc ccxlv II Mt ccxxv Mr cxxxiiii

Dixit autem ad illos ., quomodo dicunt xpm̄ filium
dauid esse . & ipse dauid dicit in libro psalmorum .,
dixit dn̄s dn̄o meo . sede a dextris meis ., donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum ., dauid
ergo dn̄m illum uocat . & quomodo filius eius est .,

Luc ccxlvi II Mt ccxxviiii Mr cxxxv

Audiente autem omni populo . dixit discipulis suis .,
adtendite a scribis qui uolunt ambulare in stolis .
& amant salutationes in foro . & primas cathedras
in synagogis . & primos discubitos in conuiuiis .,

Luc ccxlvii VIII Mr cxxxvi

Qui deuorant domus uiduarum simulantes longam
orationem . hi accipient damnationem maiorem .,
Respiciens autem . uidit eos qui mittebant munera 21. ca
sua in gazophilacium diuites . uidit autem &
quandam uiduam pauperculam . mittentem aera
minuta duo .. & dixit ., uere dico uobis .. quia
uidua haec pauper . plus quam omnes misit ..
Nam omnes hi ex habundanti sibi miserunt
in munera di . haec autem ex eo quod deest illi
omnem uictum suum quem habuit misit .,

Luc ccxlviii II Mt ccxlii Mr cxxxvii

Et quibusdam dicentibus de templo . quod lapidibus
bonis & donis ornatum esset dixit ., haec quae
uidetis . uenient dies in quibus non relinquetur
lapis super lapidem . qui non destruatur .,

LVC CCXLVIIII II MR CCXLIII MT CXXXVIII INterrogauerunt autem illum dicentes., Praeceptor.
quando haec erunt. & quod signum cum fieri incipient.,
qui dixit; Uidete ne seducamini; multi enim uenient
in nomine meo dicentes., quia ego sum. & tempus
adpropinquauit., Nolite ergo ire post illos.,
Cum autem uideritis (*audieritis*) proelia & seditiones. Nolite
terreri; Oportet primum haec fieri. sed non statim
finis.; Tunc dicebat illis; Surget gens contra
gentem. & regnum aduersus regnum; & terrae
motus magni erunt per loca. & pestilentiae & fames.,
terroresque de caelo. & signa magna erunt;
LVC CCL I MR CCXLIIII MT CXXXVIIII IO CXLI Sed ante haec omnia. Inicient uobis manus suas. & per
sequentur. Tradentes in synagogas & custodias.,
Trahentes ad reges & praesides. propter nomen
meum; Continget autem uobis in testimonium;
LVC CCLI II MR LXXXVIII MT CXLII Ponite ergo in cordibus uestris. Non praemeditari.
quem admodum respondeatis.; Ego enim dabo uobis
os & sapientiam. cui non poterunt resistere.
& contradicere omnes aduersarii uestri.; Trademini
autem a parentibus & fratribus & cognatis & amicis.
& morte afficient ex uobis. & eritis odio omnibus
propter nomen meum; & capillus de capite uestro.
non peribit.; In patientia uestra. possidebitis
animas uestras;
LVC CCLII X SOL Cum autem uideritis circum dari ab exercitu hierusalem.

tunc scitote quia adpropinquabit desolatio eius.. 141.

Luc. cclIII / II / cccxlviii / omi cxliii
Tunc qui in iudaea sunt fugiant in montes. & qui in
medio eius discedant. & qui in regionibus non intrent
in eam quia dies ultionis hi sunt. ut impleantur
omnia quae scripta sunt.,

Luc. cclIIII / II / cccxlviii / omi cxliiii
Uae autem praegnantibus & nutrientibus in illis diebus.,

Luc. cclv / II / cccli / omi cxlvi
Erit enim praesura magna super terram.
& ira populo huic.,

Luc. cclvi / X / sol.
Et cadent in ore gladii. & captivi ducentur in omnes
gentes., & hierusalem calcabitur a gentibus; donec
impleantur tempora nationum.,

Luc. cclvii / II / cclviii / omi cl.
Et erunt signa in sole & luna & stellis. & in terris
praessura gentium; prae confusione sonitus maris
& fluctuum; Arescentibus hominibus. prae timore
& expectatione. quae super uenient uniuerso orbi.;
Nam uirtutes caelorum mouebuntur;.

Luc. cclviii / II / cclviiii / omi cli
Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube.
cum potestate magna & maiestate.; His autem
fieri incipientibus. respicite & leuate capita uestra.
quoniam adpropinquat redemptio uestra.; & dixit
illis similitudinem., Uidete ficulneam & omnes
arbores cum producunt iam ex se fructum. scitis
quoniam prope est aestas; Ita & uos cum uideritis haec
fieri. scitote quoniam prope est regnum dei;. Amen dico
uobis. quia non praeteribit generatio haec.

donec omnia fiant., Caelum et terra transibunt.
uerba autem mea non transibunt;, t transient
Lu cclviii x Sol — Attendite autem uobis. Ne forte grauentur corda uestra.
In crapula et ebrietate. et curis huius uitae et super
ueniat in uos repentina dies illa., Tamquam laqueus
enim super ueniet in omnes qui sedent super faciem
omnis terrae.. Uigilate itaque omni tempore
orantes. ut digni habeamini fugere ista omnia quae
futura sunt. et stare ante filium hominis., Erat autem
diebus docens in templo., Noctibus uero exiens
morabatur in monte. qui uocatur oliueti., Et omnis
C populus manicabat ad eum in templo audire eum;
22. XVIIII ADPROPINQUABAT AUTEM DIES
Lu cclx Mt cclxxiii Mr clvi Io xx — festus azimorum. qui dicitur pascha.,
Et quaerebant principes sacerdotum et scribae.
Lu cclxi Mt cclxx Mr clxxviii Io lxxvii — quomodo eum ihm interficerent. timebant uero plebem.,
Intrauit autem satanas in iudam qui cognomina
Lu cclxii viii Io cxxiiii — batur scarioth. unum de duodecim.,
Et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum
Lu cclxiii Mt cclxxviii Mr clx — et magistratibus. quemadmodum illum traderet
eis., Et gauisi sunt. et pacti sunt pecuniam illi dare.
Et spopondit., Et quaerebat oportunitatem. ut tra
deret illum sine turbis.; Uenit autem dies azimorum.
In qua necesse erat occidi pascha., Et misit petrum et
iohannem. dicens., Euntes parate nobis pascha.

ut manducemus., At illi dixerunt., Ubi uis paremus. 142.
Et dixit ad eos.; Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem.
occurrit uobis homo amphoram aquae portans.;
Sequimini eum in domum in quam intrat. Et dicetis
patri familias domus.; Dicit tibi magister., Ubi est
diuersorium. ubi pascha cum discipulis meis manducem.
Et ipse uobis ostendit caenaculum magnum stratum.
Et ibi parate.; Euntes autem. inuenerunt sicut dixit
illis. Et parauerunt pascha.; Et cum facta esset hora.
discubuit. Et duodecim apostoli cum eo.;
LVC CCLXIIII SOL. Et ait illis.; Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum. antequam patiar.;
LVC CCLXV MT CCLXXXV MR CLXVI Dico enim uobis. quia ex hoc non manducabo
illud. donec impleatur in regno dei.; Et accepto calice.
gratias egit. et dixit., Accipite. et diuidite inter uos.;
Dico enim uobis. quod non bibam de generatione
uitis. donec regnum dei ueniat.;
LVC CCLXVI MT CCLXXXIIII MR CLXV IO LXV ET LV ET LXVII Et accepto pane. gratias egit. et fregit. et dedit eis dicens.;
hoc est corpus meum. quod pro uobis datur.
hoc facite in meam commemorationem.;
LVC CCLXVII MT CCLXXXV MR CLXVI Similiter et calicem. postquam caenauit dicens.;
hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.
qui pro uobis fundetur.,
LVC CCLXVIII MT CCLXXXI MR CLXIII Uerumtamen. ecce manus tradentis me. mecum
est in mensa., Et quidem filius hominis. secundum

quoddefinitum est uadit. Uerumtamen. uae illi homini
perquem tradetur;

LUC CCLXVIII MAT CCLXXX MAR CLXII IOH XII Et ipsi coeperunt quaerere inter se. quis esset ex eis. qui hoc
facturus esset.;

LUC CCLXX MAT CCIII MAR CXIIII Facta est autem et contentio inter eos. quis eorum uidere
tur esse maior; dixit autem eis; reges gentium dominantur
eorum. et qui potestatem habent super eos. benefici uoca
tur; uos autem non sic; sed qui maior est in uobis. fiat
sicut iunior. et qui praecessor est. sicut ministrator;

LUC CCLXXI SOL Nam quis maior est. qui recumbit. an qui ministrat.
Nonne qui recumbit.; Ego autem in medio uestrum
sum. sicut qui ministrat.; Uos autem estis. qui per
mansistis mecum in temptationibus meis.; Et ego
dispono uobis. sicut disposuit mihi pater meus
regnum. Ut edatis et bibatis super mensam meam
in regno.;

LUC CCLXXII MAT CCXCVII Et sedeatis super thronos. iudicantes duodecim tribus israhel.,

LUC CCLXXIII SOL Ait autem dominus. simon simon. ecce satanas expetiuit
uos. ut cribraret sicut triticum.; Ego autem roga
ui pro te. ut non deficiat fides tua.;

LUC CCLXXIIII IOH CXXVII MAT CCXCVIIII Et tu aliquando conuersus. confirma fratres tuos.;

LUC CCLXXV MAT CCLXXXVIII MAR CLXX IOH CXXVI Qui dixit ei.; Domine. tecum paratus sum. et in carcerem.
et in mortem ire.; Et ille dixit.; Dico tibi petre.
Non cantabit hodie gallus. donec ter abneges
nosse me.;

Lvc cclxxvi X sol. Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo & pera & calciamentis. Numquid aliquid defuit uobis. At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui hab& sacculum. tollat similiter & peram. & qui non hab&. uendat tunicam suam. & emat gladium.

Lvc cclxxvii VIII Mt cc xvi Dico enim uobis. quoniam adhuc hoc quod scriptum est. oport& impleri in me. & quod cum iniustis deputatus est. & enim ea quae sunt de me. finem habent.

Lvc cclxxviii X sol. At illi dixerunt. Domine. ecce gladii duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Satis est

Lvc cclxxviiii I Mt cc xci Mr clxxiii Io clvi Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. secuti sunt autem illum & discipuli.

Lvc cclxxx II Mt cc xcvi Mr clxxvii Et cum peruenisset ad locum. dixit illis. Orate. Ne intretis in temptationem.

Lvc cclxxxi I Mt cc xciiii Mr clxxv Io clxi Et ipse auulsus est ab eis. quantum iactus est lapidis. & positis genibus. orabat dicens.

Lvc cclxxxii I Mt cc xcv Mr clxxvi Io xl ii Pater. si uis. transfer calicem istum a me. Uerumtamen. Non mea uoluntas. sed tua fiat.

Lvc cclxxxiii X sol. Apparuit autem illi angelus de caelo. confortans eum. & factus in agonia. prolixius orabat. & factus est sudor eius. sicut guttae sanguinis decurrentis in terram.

Lvc cclxxxiiii II Mt cc xcvi Mr clxxvii Et cum surrexiss& ab oratione. & uenisset ad discipulos suos. inuenit eos dormientes prae tristitia. & ait illis. Quid dormitis. surgite orate.

c Ne intretis in temptationem.,

XX
LVC CCLXXXV MT CCC MR CLXXXI IO CLVIII
ADHUC EO LOQUENTE. ECCE TURBA.
& qui uocabatur iudas. unus de duodecim antecede
bat eos. & adpropinquauit ihu. ut oscularetur
eum.,

LVC CCLXXXVI MT CCCI MR CLXXXII
Ihs autem. dixit illi., Iuda. osculo filium hominis tradis. c
LVC CCLXXXVII MT CCCII MR CLXXXIII IO CLX
c Uidentes autem hi qui circa ipsum erant quod futu
rum erat. dixerunt ei., dne. si percutimus in gladio. r
& percussit unus ex illis. seruum principis sacerdotum.
& amputauit auriculam eius dextram., Respondens
c autem ihs. ait., sinite usque huc.,

LVC CCLXXXVIII SOL
Et cum tetigiss& auriculam eius. sanauit eum.,
LVC CCLXXXVIIII MT CCCIIII MR CLXXXIIII IO CLXX
Dixit autem ihs ad eos qui uenerant ad se principes
sacerdotum. & magistratus templi & seniores.,
t Quasi ad latronem existis. cum gladiis & fustibus. c
cum cotidie uobiscum fuerim in templo. Non ex
tendistis manus in me., sed haec est hora uestra.
c & potestas tenebrarum.,

LVC CCXC MT CCCVI MR CLXXXVII IO CLXII
Conpraehendentes autem eum. duxerunt ad
domum principis sacerdotum.,

LVC CCXCI MT CCCXIIII MR CXCV IO CLXVIII
Petrus uero. sequebatur a longe., Accenso autem
igni in medio atrio. & circum sedentibus illis.
erat petrus in medio eorum., Quem cum uidiss&
ancilla quaedam sedentem ad lumen. & eum
fuiss& intuita dixit., & hic cum illo erat.,

Luc ccxcii I Mt cccxv Mrc xcvi Io clxxv — At ille negauit eum dicens. Mulier non noui
illum. Et post pusillum alius uidens eum dixit.
Et tu de illis es. Petrus uero ait. O homo non sum.
Et interuallo facto quasi horae unius alius qui
dam adfirmabat dicens. Uere et hic cum illo erat.
Nam et galilaeus est. Et ait petrus. Homo nescio
quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente
cantauit gallus.

Luc ccxciii II Mt cccxvi Mrc xcvii — Et conuersus dns respexit petrum. Et recordatus est
petrus uerbi dni sicut dixerat. quia priusquam
gallus cantet. ter me negabis. Et egressus foras
petrus fleuit amare.

Luc ccxciiii I Mt cccxiii Mrc xciiii Io clxxii — Et uiri qui tenebant illum inludebant ei cedentes.
Et uelauerunt eum. Et percutiebant faciem eius.
Et interrogabant eum dicentes. Prophetiza quis
est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Luc ccxcv II Mt cccxvii Mrc xcviii — Et ut factus est dies. Conuenerunt seniores plebis.
Et principes sacerdotum et scribae. Et duxerunt
illum in concilium suum dicentes. Si tu es xps dic nobis.

Luc ccxcvi X Sol. — Et ait illis. Si uobis dixero non credetis mihi.
Si autem et interrogauero non respondebitis mihi.
Neque dimittetis.

Luc ccxcvii I Mt cccx Mrc xci Io lxviiii — Ex hoc autem erit filius hominis sedens
a dextris uirtutis di.

Lu ccxcviii X sol — c Dixerunt autem omnes. ; r Tu ergo es filius di. c quia ait. ;
t Uos dicitis. quia ego sum. . ..

Lu ccxcviiii II Mt cccxii Mr cxciii — c At illi dixerunt. . Quid adhuc desideramus testimo
nium. c Ipsi enim audiuimus de ore eius. .

23 Lu ccc Mt cccxviii Mr cxcviiii Io clxxxvi — c Et surgens omnis multitudo eorum. duxerunt
illum ad pilatum. ,

Lu ccci X sol — Coeperunt autem accusare illum. dicentes. , r Hunc In
uenimus subuertentem gentem nostram. & pro
hibentem tributa dari caesari. & dicentem se xpm
regem esse. ,

Lu cccii Mt cccxx Mr cc Io clxxviii — c Pilatus autem. Interrogauit eum dicens. , r Tu es rex
iudaeorum. c at ille respondens. ait. , t Tu dicis. ,

Lu ccciii VIII Io clxxxvi — c Ait autem pilatus ad principes sacerdotum. &
turbas. Nihil Inuenio causae. In hoc homine. ,

Lu ccciiii X sol — c At illi Inualescebant dicentes. . r Commouit populum
docens per uniuersam iudaeam. & incipiens
a galilea usque huc. ; c Pilatus autem audiens galilaeam.
Interrogauit si homo galilaeus ess&. ; & ut cogno
uit quod de herodis potestate ess&. remisit eum
ad herodem. qui & ipse hierusolimis erat illis
diebus. ; Herodes autem uiso ihu. gauisus est ualde. ;
Erat enim cupiens ex multo tempore
uidere eum. eo quod audir& multa de illo. & sperabat
signum aliquod uidere ab eo fieri. ; Interrogabat
autem illum. multis sermonibus. ; at ipse. nihil illi respondebat. .

Lu cccv II / Mt cccviii / Mr clxxxviiii — Stabant autem principes sacerdotum & scribae. 145
constanter accussantes eum.;

Lu cccvi X Sol — Spreuit autem illum herodes cum exertitu suo,
& inlusit. Indutum ueste alba. & remisit ad pilatum;
& facti sunt amici herodes & pilatus. In ipsa die.,
Nam antea. Inimici erant ad Inuicem.;

Lu cccvii VIIII Io clxxxvi — Pilatus autem. Conuocatis principibus sacerdotum
& magistratibus. & plebe. dixit ad illos.; Obtulistis
mihi hunc hominem. quasi auertentem populum.
& ecce ego coram uobis Interrogans. Nullam causam
Inueni In homine isto. ex his In quibus eum
accusatis.

Lu cccviii X Sol — Sed neque herodes., Nam remisi uos ad illum.
& ecce nihil dignum morte actum est ei.;

Lu cccviiii II Mt cccxxii Mr ccii — Emendatum ergo illum dimittam., Necesse autem
habebat dimittere eis. per diem festum unum..

Lu cccx I Mt cccxxv Mr cciiii Io clxxxiiii — Exclamauit autem simul uniuersa turba. dicens.,
Tolle hunc. & dimitte nobis barabban; Qui erat
propter seditionem quandam factam In ciuitate
& homicidium. missus In carcerem.;

Lu cccxi I Mt cccxxvi Mr ccv Io clxxxviii — Iterum autem pilatus locutus est ad illos. Uolens
dimittere ihm., At illi. succlamabant dicentes.,
Crucifige. crucifige illum.,

Lu cccxii VIIII Io clxxxxii — Ille autem tertio. dixit ad illos., Quid enim male
fecit iste. Nullam causam mortis Inuenio In eo.,

Corripiam ergo illum. & dimittam.,

Lu cccxiii
I
mt cccxxvi
mr ccv
io cxciiii

At illi instabant uocibus magnis postulantes ut cruci figeretur., & inualescebant uoces eorum.,

Lu cccxiiii
I
mt cccxxviii
mr ccvi
io cxcvi

Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.; Dimisit autem illis eum. qui propter homicidium & seditionem. missus fuerat in carcerem quem petebant., Ihm uero. tradidit uoluntati eorum.,

Lu cccxv
I
mt cccxxx
mr ccviiii
io cxcvii

Et cum ducerent eum. adpraehenderunt simonem quendam cyrinensem uenientem de uilla. & inposuerunt illi crucem portare post ihm.,

Lu cccxvi
X Sol

Sequebatur autem illum multa turba populi. & mulierum quae plangebant. & lamentabantur eum., Conuersus autem ad illas ihs. dixit., Filiae hierusalem. Nolite flere super me. sed super uos ipsas flete. & super filios uestros., Quō ecce uenient dies. in quibus dicent., beatae steriles & uentres quae non genuerunt. & ubera quae non lactauerunt., Tunc incipient dicere montibus cadete super nos. & collibus operite nos., Quia si in uiridi ligno haec faciunt. in arido quid fiet. ce.,

Lu cccxvii
I
mt cccxxxvi
mr ccxii
io cxcviii

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo. ut interficerentur.,

Lu cccxviii
I
mt cccxxxii
mr ccx
io cxcvii

Et postquam uenerunt in locum qui uocatur caluariae. ibi crucifixerunt eum.,

Lu cccxviiii
I
mt cccxxxvi
mr ccxv
io cxcviii

Et latrones. unum a dextris. & alterum a sinistris.,

LVC cccxx X Sol. Ihs autem dicebat., t Pater. dimitte illis.
c Non enim sciunt quid faciunt., ..
LVC cccxxi I MT cccxxxiiii MR ccxii IO cci Diuidentes uero uestimenta eius. miserunt sortes.
& stabat populus expectans.,
LVC cccxxii II MT cccxxxviii MR ccxviii Et deridebant illum ~~cum eis principes~~ dicentes.,
t Alios saluos fecit. se saluum faciat: si hic est xps̄ di
electus.,
LVC cccxxiii II MT cccxlii MR ccxxii c Inludebant autem ei & milites. accedentes. & acetum
offerentes illi dicentes., Si tu es rex iudaeorum.
saluum te fac.,
LVC cccxxiiii I MT cccxxxv MR ccxiiii IO cxcviiii c Erat autem & superscriptio scripta super illum. litteris
grecis. & latinis. & hebraicis. hic est rex iudaeorum.,
LVC cccxxv II MT cccxxxviiii MR ccxviiii Vnus autem de his qui pendebant latronibus.
blasphemabat eum dicens., Si tu es xps̄. saluum fac
te met & ipsum & nos.,
LVC cccxxvi X Sol. c Respondens autem alter. increpabat illum dicens.,
Neque tu times dm̄. quod in eadem damnatione es.
& nos quidem iuste nam digna factis recipimus.
hic uero nihil mali gessit., c & dicebat ad ihm.,
Dn̄e. memento mei. cum ueneris in regnum tuum.,
& dixit illi ihs., t Amen dico tibi. hodie mecum
eris in paradiso., ..
LVC cccxxvii II MT cccxl MR ccxx c Erat autem. fere hora sexta. & tenebrae factae
sunt in uniuersa terra. usque in horam nonam.,
& obscuratus est sol.

Lu cccxxviii / ii / Ma cccxliiii / Mr ccxxiiii
Et uelum templi scissum est medium.

Lu cccxxviiii / ii / Ma cccxlv / Mr ccxxiii / Io cciiii
Et clamans uoce magna ihs ait. Pater. In manus tuas
commendo spm meum. Et haec dicens exspirauit.

Lu cccxxx / ii / Ma cccxlvi / Mr ccxxv
Uidens autem centurio quod factum fuerat. glorifi
cauit dm dicens. uere hic homo iustus erat.

Lu cccxxxi / x / sol
Et omnis turba eorum qui simul aderant ad specta
culum istud. et uidebant quae uidebant (fiebant). percutientes
pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes
noti eius a longe. et mulieres quae secutae erant eum
a galilaea haec uidentes.

Lu cccxxxii / i / Ma cccxlviii / Mr ccxxvii / Io ccvi
Et ecce uir nomine ioseph. qui erat decurio. uir bonus
et iustus. hic non consenserat consilio et actibus eorum.
ab arimathia ciuitate iudeae. qui exspectabat et ipse
regnum di. hic accessit ad pilatum. et petiit corpus ihu.

Lu cccxxxiii / i / Ma cccxlviiii / Mr ccxxviii / Io ccviii
Et depositum. Inuoluit sindone. et posuit eum
in monumento exciso. In quo nondum quisquam.
positus fuerat.

Lu cccxxxiiii / x / sol
Et dies erat parasceues. et sabbatum inlucescebat.
Subsecutae autem mulieres quae cum ipso uenerant
de galilaea. uiderunt monumentum. et quemad
modum positum erat corpus eius.

Lu cccxxxv / viii / Mr ccxxx
Et reuertentes parauerunt aromata et unguenta.
Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Lu cccxxxvi / i / Ma cccl / Mr ccxxxi / Io ccviiii
Una autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad mo
numentum. portantes quae parauerant aromata.

& inuenerunt lapidem reuolutum a monumento., 147·
& ingressae non inuenerunt corpus dni ihu.,
Et factum est dum mente consternatae essent de isto.
ecce duo uiri st&erunt secus (iuxta) illas in ueste fulgenti.,
Lu ccc xxxvii / II Io ccc l iii / Mt cc xxxii Cum timerent autem & declinarent uultum in terram.
dixerunt ad illas., Quid quaeritis. uiuentem
cum mortuis. Non est hic. sed surrexit., Recorda
mini qualiter locutus est (sit) uobis. cum adhuc in gali
laea ess& dicens.. Quia oport& filium hominis
tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi.
& die tertia resurgere. & recordatae sunt uerborum eius.,
XXI Lu ccc xxxviii / II Io ccc l iiii / Mt cc xxxiii ET REGRESSE AMONUMENTO
Nuntiauerunt haec omnia illis undecim.
& c&eris omnibus.,
Lu ccc xxxviiii / X Sol. Erat autem maria magdalenae & iohanna. & maria
iacobi. & c&erae quae cum eis erant quae dicebant
ad apostolos haec.. & uisa sunt ante illos sicut de
liramentum uerba ista. & non credebant illis.,
Petrus autem surgens. cucurrit ad monumentum.,
& procumbens. uidit linteamina sola posita.
& abiit secum mirans. quod factum fuerat..
Lu. ccc xl. / MR. cc xxx iiii & ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod
erat in spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem.
Nomine emmaus., & ipsi loquebantur ad inuicem.
de his omnibus quae acciderant., & factum est

dum fabularentur & secum quaererent. & ipse
ihs adpropinquans ibat cum illis., Oculi autem
illorum tenebantur. Ne eum agnoscerent;, & ait
ad illos;, Qui sunt hi. sermones quos confertis ad
Inuicem ambulantes & estis tristes.:· & respondens
unus cui nomen cleophas. dixit ei;, Tu solus peregri
nus es In hierusalem. & non cognouisti quae facta
sunt In illa his diebus. quibus ille. dixit., Quae.
& dixerunt., De ihu nazareno. qui fuit uir propheta.
potens In opere & sermone. coram dō & omni populo.,
& quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes.
& principes nostri In damnationem mortis. &
crucifixerunt eum.; Nos autem sperabamus.
quia ipse esset redempturus israhel., & nunc super
haec omnia tertia dies est hodie. quo haec facta sunt.;
sed & mulieres quaedam ex nostris terruerunt
nos. quae ante lucem fuerunt ad monumentum.,
& non Inuento corpore eius uenerunt. dicentes.
se etiam uisionem angelorum uidisse. qui dicunt
eum uiuere.; & abierunt quidam ex nostris ad
monumentum. & ita Inuenerunt sicut mulieres
dixerunt., Ipsum uero non Inuenerunt.; & ipse.
dixit ad eos.; O stulti & tardi corde ad credendum.
In omnibus quae locuti sunt prophetae.; Nonne
haec oportuit pati xpm. & ita intrare In gloriam suam.

& incipiens a moyse & omnibus prophetis. 148·
Interpraetabatur illis. In omnibus scripturis.
quae de ipso erant ., & adpropinquauerunt
castello quo ibant. & ipse se finxit longius ire.,
& coegerunt illum dicentes., mane nobiscum.
quo ad uesperascit. & inclinata est iam dies.,
& intrauit cum illis; & factum est dum recum
beret cum illis. accepit panem & benedixit. ac fregit.
& porrigebat illis., & aperti sunt oculi eorum.
& cognouerunt eum; & ipse euanuit ex oculis
eorum; & dixerunt ad inuicem., Nonne cor nos
trum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia.
& aperiret nobis scripturas. & surgentes eadem
hora. regressi sunt in hierusalem; & inuenerunt
congregatos undecim. & eos qui cum ipsis erant
dicentes, Quod surrexit dns uere. & apparuit
simoni., & ipsi narrabant. quae gesta erant in uia.,
& quomodo cognouerunt eum in fractione panis.;
Luc ccXLI VIIII IO ccXIII Dum haec autem loquuntur. ihs stetit in medio
eorum & dicit eis.. Pax uobis., Ego sum. nolite
timere.. Conturbati uero & conterriti. existima
bant se spm uidere.. & dixit eis., quid turbati
estis. & cogitationes ascendunt in corda uestra.
uidete manus meas & pedes. quia ipse ego sum.,
palpate & uidete. quia sps carnem & ossa non habet.

sicut me uidetis habere., & cum hoc dixisset.
ostendit eis manus & pedes.,

Lvc cc xl ii / viii / io cc xxi

Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus
prae gaudio dixit., habetis hic aliquid quod manducetur.
At illi obtulerunt ei partem piscis assi. & fauum
mellis., & cum manducasset coram eis. sumens reliquias
dedit eis.,

Lvc cc xl ii / x / sol

Et dixit ad eos., Haec sunt uerba quae locutus sum
ad uos cum adhuc essem uobiscum. quō necesse est
impleri omnia quae scripta sunt in lege moysi & pro
phetis. & psalmis de me., Tunc aperuit illis sensum.
ut intellegerent scripturas., & dixit eis., quō sic scrip
tum est. & sic oportebat xp̄m pati. & resurgere
a mortuis die tertia., & praedicari in nomine eius
paenitentiam & remissionem peccatorum in omnes
gentes. incipientibus ab hierusolyma., Uos autem
estis testes horum. & ego mittam promissum patris
mei in uos., Uos autem sedete in ciuitate. quoad
usque induamini uirtutē ex alto., Eduxit autem
eos foras in bethaniam., & eleuatis manibus suis
benedixit eis., & factum est dum benediceret illis.
recessit ab eis. & ferebatur in caelum., & ipsi adoran
tes. regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno.,
Et erant semper in templo. laudantes & benedicentes
dm̄., AMEN.,

INCIP PROLOG SECD IOHANNE.

Hic est iohannes euangelista unus ex discipulis di. qui uirgo electus a dō est quem de nuptiis uolentem nubere uocauit dš cui uirginitatis In hoc duplex testimonium In euangelio datur. quod & prae ceteris dilectus a dō dicitur. & huic matrem suam de cruce commendauit dnš. ut uirginem uirgo seruar&.,

Denique manifestans In euangelio. quod erat ipse Incorruptibilis uerbi opus Inchoans solus uerbum carnem factum esse. Nec lumen a tenebris comprae hensum fuisse testatur.. Primum signum ponens. quod In nuptiis fecit dnš. ut ostendens quod legentibus ipse erat. demonstrar&.. Quod ubi dnš Inuitatus deficere nuptiarum uinum debeat. ut ac & ueteribus Inmutatis noua omnia quae a xpō Instituuntur appareant. hoc autem euangelium scripsit In asia postea quam In pathmos Insula apocalipsin scripserat., Ut cui In principio canonis Incorruptibile principium. In genesi & iam Incorruptabilis finis per uirginem In apocalipsi redder&ur.

Dicente xpō. Ego sum A & W. & hic est iohannes qui sciens super uenisse diem recessus sui..

Conuocatis discipulis suis in epheso. permulta signo
rum experimenta promens xpm. descendens in de
fossum sepulturae suae locum facta oratione positus
est ad patres suos tam extraneus a dolore mortis quam
a corruptione carnis inuenitur alienus.. Tamen
post omnes euangelium scripsit & hoc uirgini debe
batur. Quorum tamen uel scriptorum tempore
dispositio uel librorum ordinatio. ideo a nobis per
singula non exponitur. ut scienti desiderio conlo
catio. & quaerentibus fructus laboris & deo magisterii
doctrina seruetur. Amen..

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIUNT CAPITULA EIUSDEM

I Pharisaeorum leuitae interrogant iohannem
iohannis ihm uidens agnum di dicit & andreas
petro dicit inuenimus messiam..

II Ihs ad cenam de aqua uinum fecit de templo num
molarios eicit solutae hoc templum dicens nico
demo loquitur de baptismo & de aliis multis..

III Ihs in iudaea baptizat & iohannis in enon quique
dixit xpm crescere se autem minorari..

IIII Ihs cum muliere samaritana loquitur prophetam
in patria sua honorem non habere dicit & reguli
filium a morte resuscitat..

V Apud natatoriam b&hsaidam triginta octo anno
rum Infirmitatem hominis sanat. ac dicit scruta
mini scripturas & si crederetis moysi. crederetis
forsitan & mihi.,
VI De quinque panibus & duobus piscibus & quod eum
regem facere uoluerunt ihs supra mare ambulat
& de manna & panae caelesti loquitur ac recedenti
bus abeo discipulis unum ex duodecim diabulum dicit.,
VII Scenophegia ihs medio diei festo ascendens In tem
plum doc& multis & iam de turba credentibus
idem clamat. si quis sitit ueniat & bibat cum minis
tris & nicodemo principes contendunt de muliere
adultera ihs lumen mundi se esse praedicat.,
VIII Ihs Interrogatus principium se esse respondit
quod omnis peccator seruus sit & quod ihs ante
abraham sit caecum ex natiuitate curat.,
VIIII De ianua & ouili deambulans In templo se & pa
trem unum esse dicit de lazari resurrectione.,
X Maria pedes ihu unguit & capillis suis extergit
ihs super asinum sedit & uolentibus grecis uidere
ihm loquitur de grano frumenti quod In terram
mittatur & uox de caelo ad ihm quod multi ex
principibus crederent In ihm. sed propter
pharisaeos non confiterentur.,
XI Pedes discipulorum lauat de iudae traditione

&petri negatione praedicit & de dilectione fratrum & quod ipse in patre & pater in ipso est & de obseruandis mandatis paracleti sps..

XII De uinea & palmitibus & de dilectione & promissione paracliti & omnia patris sua esse & cetera mandata..

XIII Ihs discipulos patri commendat. ihs a iuda traditur..

XIIII Adlocutio pilati ad iudaeos de ihu & barabba passio ihu & sepultura & resurrectio eius.

EXPLICIUNT CAPITULA







MORE UOLANS AQUILAE
UERBA PETIT ASTRA IOHANNES

INCP EVANG SCI IOHAN

Io I cI lu xiiii IN PRINCIPIO

ERAT UERBUM.,

& uerbum erat apud dm. & ds erat uerbum.,

hoc erat In principio apud dm., Omnia per

ipsum facta sunt. & sine ipso. factum est nihil.,

quod factum est. In ipso. uita erat.. & uita

erat lux hominum. & lux In tenebris luc&.

& tenebrae eam non conpraehenderunt.,

Io II c IIII lu VI Fuit homo missus a do. cui nomen erat iohannes.,

Hic uenit In testimonium. ut testimonium

perhiber& de lumine. Ut omnes crederent per

illum., Non erat ille lux. sed ut testimonium

perhiber& de lumine..

Io III c I lu xiiii Erat lux uera. quae In luminat omnem hominem.

uenientem In hunc mundum.. In mundo erat.

& mundus per ipsum factus est. & mundus



eum non cognouit.,

Io IIII sol. In propria uenit. & sui eum non receperunt.

Quotquot autem receperunt eum. dedit eis

potestatem filios di fieri. his qui credunt In

nomine eius., Qui non ex sanguinibus neque ex

uoluntate carnis. Neque ex uoluntate uiri.

sed ex deo nati sunt .,

IO V III ORT I LU XIIII Et uerbum caro factum est . & habitauit in nobis .,
& uidimus gloriam eius . gloriam quasi unigeniti
a patre . plenum gratiae . & ueritate .,

IO VI I ORT XI ORT IIII LU X Iohannes testimonium perhibet de ipso . & cla
mabat dicens ., hic erat quem dixi . qui post me
uenturus est ante me factus est . quia prior me erat .,

IO VII X SOL Et de plenitudine eius nos omnes accepimus .
& gratiam pro gratia . quia lex per moysen
data est . gratia & ueritas per ihm xpm facta est .,

IO VIII III ORT CXII LU CXVIIII Deum nemo uidit umquam : nisi unigenitus filius .
qui est in sinu patris ipse enarrabit .,

I IO VIIII X SOL ET HOC EST TESTIMONIUM IOHANNIS .
quando miserunt iudaei ab hierusolimis sacer
dotes & leuitas ad iohannem ut interrogarent eum .
tu quis es ; & confessus est & non negauit . & con
fessus est . quia non sum ego xps ;, & interroga
uerunt eum ; quid ergo . helias es tu . & dixit ;
Non sum ; Propheta es tu . & respondit ; Non ;
Dixerunt ergo ei ; quis es . ut responsum demus
his qui miserunt nos . quid dicis de te ipso .

IO X I ORT VIII ORT II LU VII Ait ; ego uox clamantis in deserto . dirigite
uiam dni . sicut dixit esaias propheta ;

IO XI X SOL Et qui missi fuerant . erant ex pharisaeis ; & inter
rogauerunt eum . & dixerunt ei ; quid ergo baptizas .

situ non es xps. Neque helias. Neque propheta. 153
Respondit eis iohannes dicens.
Io xii Mt xi Mr iiii Lu x
Ego baptizo in aqua. medius autem uestrum stetit.
quem uos non scitis. Ipse est qui post me uenturus
est qui ante me factus est. Cuius ego non sum dignus.
ut soluam eius corrigiam calciamenti.
Io xiii X sol
Haec in bethania facta sunt trans iordanen. ubi
erat iohannes baptizans. Altera die uidit iohannes
ihm uenientem ad se. et ait. Ecce agnus di. ecce qui
tollit peccata mundi.
Io xiiii Mt xi Mr iiii Lu x
Hic est de quo dixi. post me uenit uir qui ante me
factus est. quia prior me erat. et ego nesciebam eum.
sed ut manifest[ar]etur israhel. propterea ueni ego
in aqua baptizans.
Io xv Mt xiii Mr v Lu xiii
Et testimonium perhibuit iohannes dicens.
quia uidi spm descendentem quasi columbam
de caelo. et mansit super eum. et ego nesciebam eum.
sed qui misit me baptizare in aqua. ille mihi dixit.
super quem uideris spm descendentem et manen
tem super eum. hic est qui baptizat in spu sco.
et ego uidi et testimonium perhibui. quia
hic est filius di.
Io xvi X sol
Altera die iterum stabat iohannes. et ex discipulis
eius duo. et respiciens ihm ambulantem dicit.
Ecce agnus di. et audierunt eum duo discipuli

loquentem. & secuti sunt ihm.; Conuersus autem
ihs. & uidens eos sequentes. dicit eis.; Quid quae
ritis. qui dixerunt ei.; Rabbi quod dicitur Inter
praetatum magister.; ubi habitas.; dicit eis.;
Uenite & uidete.; Uenerunt & uiderunt ubi mane
ret. & apud eum manserunt die illo.; hora autem
erat quasi decima.; Erat autem andreas frater
symonis petri. unus ex duobus qui audierant
ab iohanne. & secuti fuerant eum.;
Io xvii I Ma clxvi Mr lxxxii Lu xciiii Inuenit hic primum fratrem suum symonem.
& dicit ei.; Inuenimus messiam quod est Interprae
tatum xps.; & adduxit eum ad ihm.; Intuitus
autem eum ihs dixit.; Tu es symon filius iona.
tu uocaberis cephas. quod interpraetatur petrus.;
Io xviii X sol Incrastinum uoluit exire In galileam. & inuenit
philippum. & dicit ei sequere me.; Erat
autem philippus a bethsaida ciuitate andreae
& petri.; Inuenit philippus nathanahel. & dicit ei.;
Quem scripsit moyses In lege & prophetae. Inueni
mus ihm filium ioseph a nazareth.; & dixit ei
nathanahel.; A nazareth potest aliquid boni esse.;
Dicit ei philippus.; Ueni & uide.; Uidit ihs natha
nahel uenientem ad se. & dicit de eo.; Ecce
uere israhelita In quo dolus non est.; Dicit ei
nathanahel.; Unde me nosti. Respondit ihs. & dixit ei.;

Priusquam te philippus uocaret cum esses sub ficu 151
uidi te. Respondit ei nathanahel. et ait. Rabbi.
tu es filius dei. Tu es rex israhel. Respondit ihs. et
dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu credis. maius
his uidebis. Et dicit ei. Amen amen dico uobis.
uidebitis caelum apertum. et angelos dei ascenden
tes et descendentes. supra filium hominis.
II ET DIE TERTIA. NUPTIAE FACTAE SUNT .2. cell.
In cana galilaeae. et erat mater ihu ibi. Uocatus
est autem et ihs. et discipuli eius ad nuptias.
Et deficiente uino. dicit mater ihu ad eum. Uinum
non habent. Et dicit ei ihs. Quid mihi et tibi est
mulier. Nondum uenit hora mea. Dicit mater
eius ministris. Quodcumque dixerit uobis. facite.
Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae. secun
dum purificationem iudaeorum. capientes
singulae metretas binas uel ternas. Dicit eis ihs.
Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque
ad summum. Et dicit eis ihs. haurite nunc. et ferte
architriclino. et tulerunt. Ut autem gustauit
architriclinus aquam uinum factum. et non scie
bat unde esset. ministri autem sciebant. qui
haurierant aquam. Uocat sponsum architricli
nus. et dicit ei. Omnis homo primum bonum
uinum ponit. et cum inebriati fuerint. tunc id

quod deterius est. Tu autem seruasti uinum bonum
usque adhuc. Hoc fecit initium signorum ihs.
in cana galileae. & manifestauit gloriam suam.
& crediderunt in eum discipuli eius.

IO XVIII VII MT XVIIII
Post haec descendit capharnaum. Ipse & mater eius
& fratres eius. & discipuli eius. & ibi manserunt
non multis diebus.

IO XX I MT CCLXXIIII MR CLVI LU CCLX
Et prope erat pascha iudaeorum. & ascendit
hierosolymam ihs.

IO XXI MT CCXI MR CXXI LU CCXXXVIII
Et inuenit in templo uendentes boues & oues & co
lumbas. & nummularios sedentes. & cum fecisset
quasi flagellum de funiculis. omnes eiecit de templo.
Oues quoque & boues. & nummulariorum effudit
aes. & mensas subuertit. & his qui columbas uende
bant dixit. Auferte ista hinc. Nolite facere
domum patris mei. domum negotiationis.

IO XXII X SOL
Recordati uero sunt discipuli eius. quia scriptum
est. Zelus domus tuae comedit me.

IO XXIII IIII MT CLXI MR LXXVI
Responderunt ergo iudaei. & dixerunt ei. Quod signum
ostendis nobis. quia haec facis.

IO XXIIII X SOL
Respondit ihs. & dixit eis. Soluite templum hoc. & in
tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudaei.
Quadraginta & sex annis aedificatum est templum
hoc. & tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem
dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset

amortuis. Recordati sunt discipuli eius. quia hoc 155
dicebat. & crediderunt scripturae. & sermoni
quem dixit ihs; Cum autem ess& hierosolymis In
pascha In die festo. multi crediderunt In nomine
eius. Uidentes signa eius quae faciebat; Ipse autem
ihs non credebat sem& ipsum eis. eo quod ipse noss&
omnes. & quia opus ei non erat. ut quis testimo
nium perhiber& de homine; Ipse enim sciebat.
quid ess& In homine;

Erat autem homo ex pharisaeis nicodemus nomine. 3 cap
princeps iudaeorum; hic uenit ad eum nocte.
& dixit ei; Rabbi. scimus quia a do uenisti magister;
Nemo enim potest haec signa facere quae tu facis.
Nisi fuerit ds. cum eo; Respondit ihs. & dixit ei;
Amen amen dico tibi. Nisi quis natus fuerit denuo.
Non potest uidere regnum di. Dicit ad eum nicode
mus; Quomodo potest homo nasci cum sit senex.
Numquid potest In uentre matris suae Iterato In
troire & nasci. respondit ihs; Amen amen dico
tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spu sco.
Non potest Introire In regnum di; Quod natum
est ex carne. caro est. & quod natum est ex spu.
sps est; Non mireris quia dixi tibi. Oport& uos
nasci denuo; Sps ubi uult spirat. & uocem eius
audis. sed non scis unde ueniat. & quo uadat;

sic est omnis qui natus est ex spū. Respondit nico
demus. & dixit ei. Quomodo possunt haec fieri.
respondit ihs. & dixit ei. Tu es magister in israhel
& haec ignoras. Amen amen dico tibi. quia
quod scimus loquimur. & quod uidimus testamur.
& testimonium nostrum non accipitis. si terrena
dixi uobis & non creditis. quomodo si dixero uobis.
caelestia credetis. & nemo ascendit in caelum.
Nisi qui descendit de caelo. filius hominis qui est in
caelo. & sicut moyses exaltauit serpentem in de
serto. ita exaltari oportet filium hominis. ut omnis
qui credit in ipso non pereat. sed habeat uitam
aeternam. sic enim dilexit ds mundum. ut filium
suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in
eum non pereat. sed habeat uitam aeternam.
Non enim misit ds filium suum in mundum ut iudi
cet mundum. sed ut saluetur mundus per ipsum.
qui credit in eum. non iudicatur. qui autem non
credit. iam iudicatus est. quia non credit
in nomine unigeniti filii di. hoc est autem iudi
cium. quia lux uenit in mundum. & dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem. erant enim
eorum mala opera. Omnis enim qui male agit.
odit lucem. & non uenit ad lucem. ut non arguantur
opera eius. qui autem facit ueritatem. uenit ad lucem.

ut manifestentur opera eius. quia in deo sunt facta., 156.

III POST HAEC UENIT IHS ET DISCIPULI

eius in iudaeam terram. & illic demorabatur

cum eis. & baptizabat.,

io xxv / or vi / lu vi Erat autem & iohannes baptizans in aenon. iuxta

salim. quia aquae multae erant illic. & adueni

ebant & baptizabantur:,

io xxvi / ar xiiii / or viii Nondum enim missus fuerat. in carcerem iohannes.,

io xxvii / X / sol. Facta est ergo quaestio ex discipulis iohannis cum

iudaeis de purificatione. & uenerunt ad iohannem

& dixerunt ei., Rabbi. qui erat tecum trans ior

danen. cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic

baptizat. & omnes ueniunt ad eum;, Respondit

iohannes. & dixit;, Non potest homo accipere

quicquam. nisi fuerit ei datum de caelo;,

io xxviii / ar xi / or iiii / lu x Ipsi uos mihi testimonium perhibetis. quod dixerim.

ego non sum xps. sed quia missus sum ante illum;,

io xxviiii / X / sol. Qui habet sponsam. sponsus est;, amicus autem

sponsi qui stat & audit eum. gaudio gaudet. propter

uocem sponsi; hoc ergo gaudium meum impletum

est; illum oportet crescere. me autem minui:,

Qui de sursum uenit super omnes est;, Qui est de

terra. de terra est. & de terra loquitur. qui de

caelo uenit supra omnes est;, & quod uidit & au

diuit hoc testatur. & testimonium eius nemo accipit;,

quia accepit eius testimonium. signauit quia deus uerax
est;, quem enim misit deus uerba dei loquitur;, Non
enim ad mensuram dat deus spiritum;.

Io xxx III mt cxi lu cxviii Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius.;
Io xxxi X sol Qui credit in filium: hab& uitam aeternam;, Qui autem
incredulus est filio. non uidebit uitam. sed ira dei
man& super eum.,

X. cap. IIII UT ERGO COGNOUIT IHS QUIA AUDIERUNT
pharisaei. quia ihs plures discipulos facit & baptizat
quam iohannes. quamquam ihs non baptizar&.
sed discipuli eius.,

Io xxxii VI mt xxxiiii Reliquid iudaeam. & abiit iterum in galilaeam.,
Io xxxiii X sol Oportebat autem eum transire per samariam.
uenit ergo in ciuitatem samariae quae dicitur
sychar. iuxta praedium quod dedit iacob ioseph
filio suo; Erat autem ibi fons iacob;, Ihs ergo fatiga
tus ex itinere. sedebat sic super fontem. hora erat
quasi sexta., uenit mulier de samaria haurire
aquam;. Dicit ei ihs;, da mihi bibere.;, Discipuli
enim eius abierant in ciuitatem. ut cibos eme
rent;, Dicit ergo ei mulier illa samaritana;,
Quomodo tu iudaeus cum sis. bibere a me poscis.
quae sum mulier samaritana. Non enim coutuntur
iudaei samaritanis;, Respondit ihs. & dixit ei;,
si scires donum dei. & quis est qui dicit tibi. da mihi

bibere. tu forsitan petisses ab eo. & dedisset tibi 157
aquam uiuam; Dicit ei mulier;. dne. neque
in quo haurias habes. & puteus altus est.
unde ergo habes aquam uiuam.: Numquid tu
maior es. patre nostro iacob. qui dedit nobis puteum.
& ipse ex eo bibit. & filii eius. & pecora eius; respon
dit ihs. & dixit ei.; Omnis qui bibit ex aqua hac.
sitiet iterum.; Qui autem biberit ex aqua quam
ego dabo ei. Non sitiet in aeternum., sed aqua
quam dabo ei. fiet in eo fons aquae salientis. In
uitam aeternam;, Dicit ad eum mulier;. dne.
da mihi hanc aquam. ut non sitiam. Neque ueniam
huc haurire.; Dicit ei ihs., uade uoca uirum
tuum. & ueni huc., respondit mulier. & dixit.,
Non habeo uirum., Dicit ei ihs; bene dixisti.
quia non habeo uirum, quinque enim uiros habu
isti. & nunc quem habes non est tuus uir; hoc uere
dixisti; Dicit ei mulier., dne uideo quia propheta
es tu: patres nostri in monte hoc adorauerunt.,
& uos dicitis. quia hierosolymis est locus. ubi adorare
oportet.; Dicit ei ihs., mulier. crede mihi. quia
ueniet hora. quando neque in monte hoc neque in
hierosolymis. adorabitis patrem., Uos adoratis
quod nescitis. Nos adoramus quod scimus. quia salus
ex iudaeis est.; Sed uenit hora & nunc est. quando

ueri adoratores adorabunt patrem : In spu & ueritate :,
Nam & pater tales quaerit : qui adorent eum ; sps est ds .
& eos qui adorant eum . In spu & ueritate . oport& adorare ;
Dicit ei mulier ; scio quia messias uenit : qui dicitur xps ;
cum ergo uenerit : ille nobis adnuntiabit omnia ;
Dicit ei ihs ; Ego sum qui loquor tecum ; & continuo
uenerunt discipuli eius . & mirabantur quia cum
muliere loquebatur ; Nemo tamen dixit ei . quid
quaeris . aut quid loqueris cum ea ; Reliquit ergo
hydriam suam mulier . & abiit in ciuitatem . & dicit
illis hominibus ; Uenite & uid&e hominem .
qui dixit mihi omnia quaecumque feci ; Num
quid ipse est xps . Exierunt de ciuitate . & ueniē
bant ad eum ; Interea rogabant eum discipuli
dicentes ; Rabbi manduca ; Ille autem dixit eis ;
Ego cibum habeo manducare : quem uos nescitis ;
Dicebant ergo discipuli ad inuicem ; Numquid
aliquis attulit ei manducare . Dicit eis ihs ;
Meus cibus est . ut faciam uoluntatem eius qui
misit me . ut perficiam opus eius ; Nonne uos dici
tis . quod adhuc quattuor menses sunt & messis uenit .
Ecce dico uobis Leuate oculos uestros & uid&e regiones .
quia albae sunt iam ad messem ; & qui met&it merce
dem accipit . & congregat fructum in uitam aeternam ;
& ut qui seminat simul gaudeat . & qui met&it ;

 9

In hoc enim est uerbum uerum · quia alius est qui 158
seminat · alius est qui met&t ; Ego misi uos
metere · quod uos non laborastis ; Alii laboraue
runt · & uos in labores eorum introistis ;
Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum
samaritanorum · propter uerbum mulieris
testimonium perhibentis · quia dixit mihi ·
omnia quaecumque feci ; Cum uenissent ergo
ad illum samaritani · rogauerunt eum · ut ibi
maner& ; & mansit ibi duos dies ; & multo plures
crediderunt propter sermonem eius · & muli
eri dicebant ; quia iam · non propter tuam loque
lam credimus ; Ipsi enim audiuimus & scimus ·
quia hic est uere saluator mundi ;

Io xxxiii vii / om xviiii — POST DUOS AUTEM DIES EXIIT INDE
& abiit in galilaeam ;

Io xxxv / Ma cxlii / om Li / Lu xxi — Ipse enim ihs testimonium perhibuit · quia pro
ph&a in sua patria · honorem non hab& ·

Io xxxvi / x Sol — Cum ergo ueniss& in galilaeam · exceperunt
eum galilaei · cum omnia uidissent quae fece
rat hierosolymis in die festo · & ipsi enim uenerant
ad diem festum · Uenit ergo iterum in canan
galilaeae · ubi fecit aquam uinum ·

Io xxxvii / Ma lxiiii iii / Lu Lxv — Et erat quidam regulus · cuius filius infirmaba
tur capharnaum · Hic cum audiss& quia ihs

aduenir& a iudaea in galilaeam. abiit ad eum
& rogabat eum. ut discender& & sanar& filium
eius. Incipiebat enim mori., Dixit ergo ihs ad eum.,
Nisi signa & prodigia uideritis. non creditis.,
Dicit ad eum regulus., dne. descende priusquam
moriatur filius meus., Dicit ei ihs., Uade filius
tuus uiuit., Credidit homo sermoni quem dixit
ei ihs. & ibat., Iam autem eo descendente. serui
occurrerunt ei. & nuntiauerunt dicentes. quia filius
eius uiuer&., Interrogabat ergo horam ab eis. in qua
melius habuerit., & dixerunt ei., Quia heri hora
septima. reliquit eum febris., Cognouit ergo pater.
quia illa hora erat in qua dixit ei ihs. filius tuus uiuit.,
& credidit ipse. & domus eius tota., Hoc iterum secundum
signum fecit ihs. cum uenisse& a iudaea in galilaeam.,

q. cxi V IO XXXVIII MT LXX MR XX LC XXXVII

POS HAEC ERAT DIES FESTUS IUDAEORUM.
& ascendit ihs hierusolimam., Est autem hiero
solimis super probatica piscina. quae cognomi
natur hebraice b&hsaida. quinque porticus
habens., In his iacebat multitudo magna
languentium. Caecorum. claudorum. arido
rum. expectantium aquae motum., Angelus
autem dni secundum tempus descendebat in
piscinam. & mouebatur aqua., & qui prior
descendiss& in piscinam post motionem aquae.

sanus fiebat. a quacumque detenebatur infir 159
mitate. Erat autem quidam homo ibi. triginta
& octo annos habens. in infirmitate sua. hunc
cum uidiss& ihs iacentem. & cognouiss& quia
multum iam tempus haber&. dicit ei. Uis sanus fieri.
Respondit ei languidus. dne. hominem non habeo.
ut cum turbata fuerit aqua. mittat me in pis
cinam. dum uenio enim ego. alius ante me
descendit. Dicit ei ihs. surge tolle grabattum
tuum. & ambula. & statim sanus factus est homo.
& sustulit grabattum suum. & ambulabat.
Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant ergo iudaei illi.
qui sanatus fuerat. sabbatum est. non lic& tibi
tollere grabattum tuum.
Io xxxviii Sol Respondit eis. qui me fecit sanum. ille mihi dixit.
tolle grabattum tuum & ambula. Interroga
uerunt ergo eum. quis est ille homo. qui dixit
tibi. tolle grabattum tuum & ambula. Is autem
qui sanus fuerat effectus. nesciebat quis ess&.
Ihs autem declinauit a turba. constituta in loco.
postea inuenit eum ihs in templo. & dixit illi.
Ecce sanus factus es. iam noli peccare. ne dete
rius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo.
& nuntiauit iudaeis. quia ihs ess&. qui fecit
eum sanum. Propterea persequebantur

iudei ihm · quia haec faciebat in sabbato ., Ihs autem
respondit eis ., Pater meus usque modo operatur ·
& ego operor ., propterea ergo magis quaerebant
eum iudaei interficere . / quia non solum soluebat
sabbatum · sed & patrem suum dicebat dm · aequa
lem se faciens do ., Respondit itaque ihs & dixit eis .,
Amen amen dico uobis ., Non potest filius facere a se
quicquam · Nisi quod uiderit patrem facientem ·
quaecumque enim ille fecerit haec & filius simi
liter facit ., pater enim diligit filium · & omnia
demonstrat ei · quae ipse facit ., & maiora his de
monstrabit ei opera · ut uos miremini ., sicut
enim pater suscitat mortuos & uiuificat · sic &
filius quos uult uiuificat ., Neque enim pater
iudicat quemquam ., sed iudicium omne dedit
filio · ut omnes honorificent filium · sicut hono
rificant patrem .,

Io xl / I / Mt xcviii / Mr xcvi / Lc cxvi

Qui non honorificat filium · Non honorificat
patrem qui misit illum .,

Io xli / X sol.

Amen amen dico uobis · quia qui uerbum meum
audit · & credit ei qui misit me hab& uitam
aeternam ., & in iudicium non uenit · sed transi&
a morte in (ad) uitam ., Amen amen dico uobis ; quia
uenit hora & nunc est · quando mortui audient
uocem filii di · & qui audierint uiuent .,

sicut enim pater hab& uitam in semet ipso. 160
sic dedit & filio uitam habere in semet ipso.. & potes
tatem dedit ei & iudicium facere. quia filius homi
nis est.. Nolite mirari hoc. quia uenit hora.
In qua omnes qui in monumentis sunt audient.
uocem eius. & procedent qui bona fecerunt in resur
rectionem uitae, qui uero mala egerunt. in resur
rectionem iudicii, Non possum ego a me ipso
facere quicquam., sicut audio iudico. & iudicium
meum iustum est.,

Io xl.ii / I / Mt ccxcv / Mr clxxvi / Lc cclxxxii
Quia non quaero uoluntatem meam. sed uolun
tatem eius qui misit me.,

Io xl.iii / X sol.
Si ego testimonium perhibeo de me. testimonium
meum non est uerum.. Alius est qui testimoni
um perhib& de me., & scio quia uerum est testi
monium quod perhib& de me.. Uos misistis
ad iohannem. & testimonium perhibuit ueritati.,
ego autem non ab homine testimonium accipio.,
sed haec dico. ut uos salui sitis., Ille erat lucerna
ardens & lucens. Uos autem uoluistis exultare
ad horam in luce eius., Ego autem habeo testimo
nium maius iohanne., Opera enim quae dedit
mihi pater ut perficiam ea. Ipsa opera quae
ego facio. testimonium perhibent de me. quia
pater me misit., & qui misit me pater. Ipse testimoniu(m)

per hibuit deme..

IO XLIIII III MT CXII LUC CXVIII Neque uocem eius umquam audistis. Neque
speciem eius uidistis..

IO XLV X SOL Et uerbum eius non hab&is Inuobis manens. quia
quem misit ille huic uos non creditis., scrutamini
scripturas., quia uos putatis Inipsis uitam aeter
nam habere.. & illae sunt quae testimonium per
hibent deme. & non uultis uenire adme ut uitam
habeatis.. Claritatem abhominibus non accipio.,
sed cognoui uos. quia dilectionem dī non hab&is
Inuobis., Ego ueni Innomine patris mei & non
accipitis me. si alius uenerit Innomine suo illum
accipi&is.. Quomodo potestis uos credere. qui
gloriam abinuicem accipitis. & gloriam quae
asolo est dō non quaeritis., Nolite putare quia ego
accusaturus sim uos apud patrem. est qui accus& uos.
Moyses Inquo uos speratis., si enim crederetis moysi.
crederetis forsitan & mihi.., De me enim ille
scripsit.., si autem illius litteris non creditis.
quomodo meis uerbis cred&is.,

VI IO XLVI I MT CXXIII MR XCVII LUC XLV POST HAEC ABIIT IHS TRANS MARE GALILAEAE.
quod est tyberiadis. & sequebatur eum multi
tudo magna. quia uidebant signa quae faciebat
super his qui Infirmabantur.,

IO XLVII III MT CXLVI LUC XCII Subiit ergo Inmontem ihs. & ibi sedebat cum discipulis suis.,

Io xlviii / Mt cclxxiiii / Mr clvi / Lu cclx — Io xlviiii / Mt cxlvii / Mr lxiiii / Lu xciii

Erat autem proximum pascha. dies festus iudaeorum., 101
Cum subleuass& ihs oculos. & uidiss& quia multi
tudo maxima uenit ad eum. dicit ad philippum.,
Unde ememus panes ut manducent hi. Hoc autem
dicebat temptans eum. Ipse enim sciebat quid ess&
facturus;, Respondit ei philippus;, Ducentorum
denariorum panes non sufficiunt eis. Ut unusquis
que modicum quid accipiat;, Dicit ei unus ex disci
pulis eius. andreas frater symonis petri;, Est puer
unus hic qui hab& quinque panes ordeacios &
duos pisces; sed haec quid sunt inter tantos. Dixit
ergo ihs;, Facite homines discumbere;, Erat autem
foenum multum in loco:, Discubuerunt ergo uiri
numero. quasi quinque milia., Accepit ergo panes
ihs. & cum gratias egiss&. distribuit discumbenti
bus:, similiter & ex piscibus. quantum uolebant.,
Ut autem impl&i sunt. dixit discipulis suis;, Colligite
quae superauerunt fragmenta. Ne pereant:,
Collegerunt ergo. & impleuerunt duodecim cophinos
fragmentorum. ex quinque panibus ordeaciis.
quae superfuerunt his qui manducauerant;
Io L x sol. Illi ergo homines cum uidissent quod fecerat signum.
dicebant;, Quia hic est uere proph&a. qui uen
turus est in mundum:, Ihs ergo cum cognouiss&
quia uenturi essent. ut raperent eum & facerent eum rege..

Ioh. I om. cl. om. lxvii Fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem sero
factum est. descenderunt discipuli eius ad mare.
& cum ascendissent nauem. uenerunt trans mare
in capharnaum. & tenebrae iam factae erant.
& non uenerat ad eos ihs.. Mare autem uento magno
flante exsurgebat; Cum remigassent ergo quasi
stadia xxv. aut xxx. uident ihm ambulantem
super mare. & proximum naui fieri. & timuerunt.,
Ille autem dixit eis; Ego sum. nolite timere.,
Uoluerunt ergo accipere eum in nauem. & statim
fuit nauis ad terram quam ibant.,

Ioh. II Sol. Altera die turba quae stabat trans mare. uidit
quia nauicula alia non erat ibi nisi una. & quia non
introiss& cum discipulis suis ihs in nauem. sed soli
discipuli eius abissent., Aliae uero superuene
runt naues a tyberiade. iuxta locum ubi mandu
cauerant panem gratias agente dno; Cum ergo
uidiss& turba quia ihs non ess& ibi. neque discipuli
eius. ascenderunt in nauiculas. & uenerunt
capharnaum quaerentes ihm., & cum inuenissent
eum trans mare. dixerunt ei. Rabbi. quando huc
uenisti? respondit eis ihs. & dixit., Amen amen
dico uobis. quaeritis me non quia uidistis signa.
sed quia manducastis ex panibus & saturati estis.,
Operamini non cibum qui perit sed qui perman&

 6

in uitam aeternam. quem filius hominis uobis dabit. 162
hunc enim pater signauit ds̄. Dixerunt ergo ad eum.
Quid faciemus ut operemur opera dī. Respondit ihs̄.
et dixit eis. hoc est opus dī. ut credatis in eum
quem misit ille.
IŌ LIII / MA CLXI / MR LXXVII Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum. ut uide
amus et credamus tibi quid operaris.
IŌ LIIII / X SOL Patres nostri manna manducauerunt in deserto.
sicut scriptum est. panem de caelo dedit eis mandu
care. Dixit ergo eis ihs̄. Amen amen dico uobis.
Non moyses dedit uobis panem de caelo. sed pater
meus dat uobis panem de caelo uerum. panis enim
dī est qui descendit de caelo. et dat uitam mundo.
Dixerunt ergo ad eum. dn̄e. semper nobis da panem hunc.
IŌ LV / MA CCLXXXIIII / MR CLXV / LV CCLXVI Dixit autem eis ihs̄. Ego sum panis uitae. Qui uenit
ad me. non esuriet. et qui credit in me. non sitiet
umquam. sed dixi uobis. quia et uidistis me
et non creditis.
IŌ LVI / X SOL Omne quod dat mihi pater ad me ueniet. et eum
qui uenit ad me non eiciam foras.
IŌ LVII / MA CCXCV / MR CLXXVI / LV CCLXXXII Quia descendi de caelo. Non ut faciam uolunta
tem meam. sed uoluntatem eius qui misit me.
IŌ LVIII / X SOL Haec est autem uoluntas eius qui misit me patris.
ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo. sed re
suscitem illū in nouissimo die. haec est enim

uoluntas patris mei qui misit me. Ut omnis qui
uidet filium et credit in eum. habeat uitam aeternam,
et resuscitabo ego eum in nouissimo die.,

[Io lviii I Mt lxxii Mr l Lc xciiii] Murmurabant ergo iudaei de illo. quia dixisset ego sum
panis qui de caelo descendi. et dicebant., Nonne hic ihs
filius ioseph. cuius nos nouimus patrem et matrem.,
quomodo ergo dicit hic. quia de caelo descendi..

[Io lx X sol] Respondit ergo ihs. et dixit eis., Nolite murmurare
in inuicem.; Nemo potest uenire ad me. nisi pater
qui misit me traxerit eum. et ego resuscitabo eum
in nouissimo die.; Est scriptum in prophetis. et erunt
omnes docibiles di; Omnis qui audiuit a patre et
didicit. uenit ad me;

[Io lxi III Mt cxii Lc cxviii] Non quia patrem uidit quisquam. nisi is qui est
a do. hic uidit patrem:;

[Io lxii X sol] Amen amen dico uobis. qui credit in me habet
uitam aeternam;

[Io lxiii I Mt cclxxxiiii Mr clxv Lc cclxvi] Ego sum panis uitae;

[Io lxiiii X sol] Patres uestri manducauerunt in deserto manna.
et mortui sunt; Hic est panis de caelo descendens.
ut si quis ex ipso manducauerit. non moriatur;

[Io lxv I Mt cclxxxiiii Mr clxv Lc cclxvi] Ego sum panis uiuus. qui de caelo descendi; si quis
manducauerit ex hoc pane. uiuet in aeternum;
et panis quem ego dabo caro mea est. pro mundi uita;

[Io lxvi X sol] Litigabant ergo iudaei ad inuicem dicentes.,

quomodo potest hic nobis carnem suam nobis donare 163
ad manducandum. Dixit ergo eis ihs. Amen amen
dico uobis. Nisi manducaueritis carnem filii homi
nis & biberitis eius sanguinem. Non habebitis uitam
in uobis. Qui manducat meam carnem & bib&
meum sanguinem. hab& uitam a&ernam. & ego
resuscitabo eum in nouissimo die.

Io lxvii / Mt cclxxxiiii / Mr clxv / Lc cclxvi
Caro enim mea uere est cibus. & sanguis meus
uere est potus.

Io lxviii / A sol
Qui manducat meam carnem & bib& meum sangui
nem in me man&. & ego in illo. sicut misit me
uiuens pater. & ego uiuo propter patrem. & qui
manducat me. & ipse uiuit propter me. Hic est
panis qui de caelo descendit. Non sicut mandu
cauerunt patres uestri manna & mortui sunt.
Qui manducat hunc panem. uiu& in a&ernum.
haec dixit in synagoga docens in capharnaum.
multi ergo audientes ex discipulis eius. dixerunt.
Durus est hic sermo. quis potest eum audire.
sciens autem ihs apud sem & ipsum. quia murmu
rarent de hoc discipuli eius. dixit eis. hoc uos
scandalizat.

Io lxviiii / Mt cccx / Mr cxci / Lc ccxcvii
Si ergo uideritis filium hominis ascendentem.
ubi erat prius.

Io lxx / Mt ccxcvii / Mr clxxviii
Sps est qui uiuificat. caro non prodest quicquam.

Io lxxi X sol. Uerba quae ego locutus sum uobis. sps & uita sunt.
sed sunt quidam ex uobis qui non credunt;
Io lxxii IIII Ma cclxxviii Mc clxi Sciebat enim ab initio ihs qui essent credentes.
& quis traditurus esset eum;
Io lxxiii X sol Et dicebat; Propterea dixi uobis. quia nemo
potest uenire ad me: nisi fuerit ei datum a patre
meo; Ex hoc multi discipulorum eius abierunt
retro. & iam non cum illo ambulabant; Dixit
ergo ihs ad duodecim; Numquid & uos uultis abire.
Io lxxiiii Ma clxvi Mc lxxxii Lc xciiii Respondit ei simon petrus; dne. ad quem ibi
mus. uerba uitae aeternae habes. & nos credidi
mus & cognouimus. quia tu es xps filius di;
Io lxxv X sol Respondit eis ihs.; Nonne ego uos duodecim
elegi. & ex uobis unus diabolus est. Dicebat
autem iudam simonis scariothen. hic enim
erat traditurus eum. cum esset unus ex duodecim;
l. cr. VII Post haec ambulabat ihs in galilaeam. non enim
uolebat in iudaeam ambulare. quia quaerebant
eum iudaei interficere; Erat autem in proximo
dies festus iudaeorum. scenophegia; Dixerunt
autem ad eum fratres eius; Transi hinc & uade
in iudaeam. ut & discipuli tui uideant opera tua
quae facis; Nemo quippe in occulto quid facit.
& quaerit ipse in palam esse; si haec facis.
manifesta te ipsum mundo; Neque enim

fratres eius credebant in eum; Dicit ergo eis ihs., 164
Tempus meum nondum aduenit. tempus autem
uestrum semper est paratum., Non potest mun
dus odisse uos; me autem odit., quia ego testimo
nium perhibeo de illo. quia opera eius mala sunt;,
Uos ascendite ad diem festum hunc, ego non ascen
do ad diem festum istum. quia meum tempus
nondum impl&um est., haec cum dixiss&. ipse
mansit in galilaea., Ut autem ascenderunt
fratres eius. tunc & ipse ascendit ad diem festum.
Non manifeste. sed quasi in occulto., Iudaei ergo
quaerebant eum in [die festo] deserto. & dicebant., Ubi est
ille. & murmur multus de eo erat in turba,
Quidam enim dicebant. quia bonus est. Alii autem
dicebant. Non. sed seducit turbas;, Nemo tamen
palam loquebatur de illo. propter m&um iudae
orum., Iam autem die festo mediante. ascendit
ihs in templum & docebat. & mirabantur iudaei
dicentes;. Quomodo hic litteras scit cum non
didicerit. respondit eis ihs. & dixit., Mea
doctrina non est mea. sed eius qui misit me;.
si quis uoluerit uoluntatem eius facere. Cognos
cit de doctrina. utrum ex deo sit. an ego a me
ipso loquor;, Qui a sem& ipso loquitur. glori
am propriam quaerit;. Qui autem quaerit

gloriam eius qui misit illum. hic uerax est. & in
iustitia in illo non est;, Nonne moyses dedit
uobis legem. & nemo ex uobis facit legem. quid
me quaeritis interficere.·. Respondit turba
& dixit; Daemonium habes; quis te quaerit
interficere.·. respondit ihs. & dixit eis;. Unum
opus feci. & omnes miramini;. Propterea
moyses dedit uobis circumcisionem. Non quia
ex moyse est sed ex patribus. & in sabbato circum
ciditis hominem;, Si circumcisionem accipit homo
in sabbato. ut non soluatur lex moysi.·. mihi in
dignamini. quia totum hominem sanum feci
in sabbato.·. Nolite iudicare secundum faciem.
sed iustum iudicium iudicate., Dicebant ergo
quidam ex hierosolimis; Nonne hic est quem
quaerunt interficere. et ecce palam loquitur.
& nihil ei dicunt., Numquid uere cognouerunt
principes quia hic est xps. sed hunc scimus unde
sit. xps autem cum uenerit nemo scit unde sit;.
Io lxxvi III Ma cxii Lu cxviii — Clamabat ergo docens in templo ihs. & dicens;
& me scitis. & unde sim scitis. & a me ipso non ueni.
sed est uerus qui misit me Quem uos nescitis;
ego scio eum. quia ab ipso sum. & ipse me misit;,
Io lxxvii I Ma ccxx Mr cxxviiii Luc LXI — Quaerebant ergo eum adprachendere. & nemo
misit in illum manus. quia nondum uenerat hora eius;,

Io lxxviii x sol De turba autem . multi crediderunt in eum .,
& dicebant .. xps cum uenerit numquid plura
signa faciet quam quae hic facit .. Audierunt
pharisaei turbam murmurantem de illo haec .,

Io lxxviiii di cxc oth lxxxi lu cclxxxv Et miserunt principes & pharisaei ministros . ut ad
prehenderent ihm eum .,

Io lxxx x sol Dixit ergo eis ihs ., Adhuc modicum tempus uobiscum
sum . & uado ad eum qui misit me .,

Io lxxxi x sol Quaeritis me & non inuenietis . & ubi sum ego uos
non potestis uenire ., Dixerunt ergo iudaei ad
semet ipsos ., quo hic iturus est quia non inueni
emus eum . Numquid in dispersionem gentium
iturus est & docturus gentes . quis est hic sermo
quem dixit . quaeritis me . & non inuenietis .
& ubi sum ego . uos non potestis uenire . In no
uissimo autem die magno festiuitatis . stabat
ihs . & clamabat dicens ., si quis sitit . ueniat ad me
& bibat ., qui credit in me sicut dicit scriptura .,
flumina de uentre eius . fluent aquae uiuae .,
hoc autem dixit de spu quem accepturi erant . creden
tes in eum ., Non dum enim erat sps datus . quia ihs
nondum fuerat glorificatus .,

Io lxxxii di cxx Ex illa ergo turba . cum audissent hos sermones
eius . dicebant . hic est uere propheta . Alii dice
bant . hic est xps .,

IO LXXXIII A V VII Quidam autem dicebant · Numquid a galilaea xps
uenit · Nonne scriptura dicit · quia ex semine
dauid et de bethlem castello · ubi erat dauid · uenit xps ·,
IO LXXXIIII X Sol Dissensio itaque facta est in turba propter eum ·,
IO LXXXV A CCXX M CCXXVIII L CCXLII Quidam autem ex ipsis uolebant adprehendere eum,
sed nemo misit super illum manus ·,
IO LXXXVI X Sol Uenerunt ergo ministri ad pontifices et pharisaeos ·
et dixerunt eis illi ·, quare non adduxistis eum ·
Responderunt ministri · Numquam sic locu
tus est homo sicut hic homo ·, Responderunt
ergo eis pharisaei ·, Numquid et uos seducti estis ·,
Numquid aliquis ex principibus credidit in eum ·
aut ex pharisaeis · sed turba haec quae non nouit
legem maledicti sunt ·, Dicit nicodemus ad eos ·
ille qui uenit ad eum nocte · qui unus erat ex ipsis ·,
Numquid lex nostra iudicat hominem ·· Nisi audi
erit ab ipso prius · et cognouerit quid faciat ·,
Responderunt et dixerunt ei ·· Numquid et tu
galilaeus es · scrutare et uide · quia propheta
a galilea non surgit ·· Et reuersi sunt unusquisque
8 · d in domum suam ·· Ihs autem perrexit in montem
oliueti · Et diluculo iterum uenit in templum :,
et omnis populus uenit ad eum · Et sedens docebat
eos :, Adducunt autem scribae et pharisaei ·
mulierem in adulterio deprachensam · Et statuerunt

eam in medio. & dixerunt ei; Magister. haec 166
mulier. modo deprehensa est in adulterio; In
lege autem. moyses mandauit nobis. huiusmodi
lapidare; Tu ergo quid dicis. haec autem dice
bant temptantes eum. ut possent accussare eum;
Ihs autem inclinans se deorsum. digito scribebat
in terra; Cum autem perseuerarent interrogan
tes eum. erexit se. & dixit eis; Qui sine peccato
est uestrum. primus in illam lapidem mittat;
Et iterum se inclinans. scribebat in terra;
Audientes autem. unus post unum exiebant.
Incipientes a senioribus. & remansit solus. & mulier
in medio stans; Erigens autem se ihs. dixit ei;
Mulier. ubi sunt qui te accusabant. Nemo te con
demnauit. quae dixit; Nemo dne; Dixit autem
ihs; Nec ego te condemnabo; uade. & amplius
iam noli peccare; Iterum ergo locutus est eis ihs
dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur
me non ambulauit in tenebris. sed habebit lucem
uitae; Dixerunt ergo ei pharisaei; Tu de te ipso
testimonium perhibes. testimonium tuum
non est uerum; Respondit ihs. & dixit eis.
Et si ego testimonium perhibeo de me ipso. uerum
est testimonium meum. quia scio unde ueni.
& quo uado. Uos autem nescitis unde ueni.

aut quo uado., Uos secundum carnem iudicatis.·
ego non iudico quemquam., Et si iudico ego. iudi
cium meum uerum est.· quia solus non sum. sed
ego et qui misit me pater; Et in lege uestra scriptum
est.· quia duorum hominum testimonium uerum
est;· Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso.
Et testimonium perhibet de me. qui misit me pater.,
Dicebant ergo ei; Ubi est pater tuus.·
Io lxxxvii III Mt cxii Lu cxviiii Respondit ihs.; Neque me scitis. Neque patrem
meum; si me sciretis. forsitan et patrem meum sciretis.,
Io lxxxviii I Mt ccxx Mr lxxxviiii Et cxxii Lu ccxxxviiii Et ccxlii Haec uerba locutus est ihs in gazophilacio. docens
in templo., et nemo adprehendit eum. quia
necdum uenerat hora eius.,
VIII DIXIT ERGO ITERUM EIS IHS. EGO UADO
Io lxxxviiii X Sol et quaeretis me. Et in peccato uestro moriemini.,
Quo ego uado. uos non potestis uenire., Dicebant
ergo iudaei., Numquid interficiet semetipsum.
quia dicit. quo ego uado. uos non potestis uenire.·
Et dicebat eis; Uos de deorsum estis. ego desupernis
sum.; Uos de mundo hoc estis. ego non sum de
hoc mundo.; Dixi ergo uobis. quia moriemini
in peccatis uestris.; si enim non credideritis quia
ego sum. moriemini in peccato uestro.; Dicebant
ergo ei.; Tu quis es.· Dixit eis ihs., Principium.
quia et loquor uobis.; multa habeo de uobis loqui.

& iudicare; sed qui misit me uerax est. & ego
quae audiui ab eo. haec loquor in mundo.; & non
cognouerunt. quia patrem eis dicebat dm̄;
Dixit ergo eis ihs.; Cum exaltaueritis filium homi
nis. tunc cognoscetis quia ego sum. & a me ipso
facio nihil. sed sicut docuit me pater. haec loquor;
& qui me misit mecum est. Non relinquid me
solum.; quia ego quae placita sunt ei. facio
semper.; haec illo loquente. multi crediderunt
